dit ponere erroꝝ rōnē: ſꝫ
ſufficit ei iudeoꝝ recitare
opinionē. vnde dicit.
b Cāſ erroris nō eſt ⁊c.
Sic excuſāt iudei ſeptu‑
aginta: ꝙ vbicūq̄ veri‑
tas hebraica facit menti‑

li ⁊ faſtidioſi ⁊ eſtimatores omniuꝫ tractatoꝝ: ⁊ vbi legerint di‑
cant. Nam in eo loco vbi nos legim⁹ atq̄ trāſtulim⁹. Exiet vir‑
ga de radice Ieſſe: ⁊ flos de radice ei⁹ aſcēdet. In hebreo iux lin‑
gue illi⁹ idcoma ita ſcriptū ē. Exiet virga de radice Ieſſe: ⁊ naza‑
reus de radice ei⁹ creſcet. q Et videbūt ⁊c. zach. xij. ⁊ Io. xix.
Apocal'. i. In modernis biblijs lr̄a zacharie eſt. Aſpiciēt in me
quē cōfixerūt. lr̄a euāgelij. Uiderūt me i quē trāſfixerūt lr̄a Apo‑
ca. Uidebit eū oīs ppl's ⁊ q̄ eū pupugerūt. Sꝫ Hiero. in ſupra‑
dicta ep̄l'a ſic ait. Ueniam⁹ ad zacharie teſtimonium qḋ Iohes
euāgeliſta ſumit iuxta hebraicā veritatē. Uiderūt in quē cōpū‑
xerūt. ꝓ quo trāſlatio ſeptuaginta in latinū verſa ſic hꝫ. Et aſpi‑
ciēt ad me ꝓ his que illuſerūt ſiue inſultauerūt. r Et flumina
⁊c. Iob. vij. Quidā dicūt ꝙ Prouerbioꝝ. v. vbi nos habem⁹
Deriuēt fōtes tui foras. hebrei hñt. Flumina d vētre ei⁹ ⁊c. Et h
hñ vr̄q; h auctas ē ibi iterlinearis. ſ Et q̄ nec ⁊c. Iſa. lxiiij. ⁊
i. Coꝝ. ij. Scḋꝫ Hiero. i ſupradicta ep̄l'a lr̄a apl'i ē. Qḋ ocul⁹ ñ
vidit nec auris audiuit nec i cor hoīs aſcēderūt q̄ ꝑparauit dn̄s di‑
ligētib⁹ ſe. i eſaia aūt iux hebraicā ṽitatē legit. A ſecl'o ñ audierūt
neq̄ aurib⁹ pceperūt. ocul⁹ nō vidit de⁹ abſq̄ te q̄ ꝑparaſti expe‑
ctātib⁹ te. hic ſeptuaginta multo aliter trāſtulerūt. A ſecl'o nō au‑
diuim⁹ neq̄ oculi nr̄i viderūt de⁹ abſq̄ te opa vera ⁊ facies expe‑
ctātib⁹ te miſericordiā. Intelligim⁹ vñ ſumptū ſit teſtimoniuꝫ. ⁊
apl's nō ṽbū expreſſit e verbo: ſed pip hraſticos eundem ſenſum
alijs ſermonib⁹ indicauit. t Et multa alia. ſ. nō habēt in no‑
ſtris codicib⁹. ſꝫ ſeptuagita. v Que ꝓpriū ſyntagma deſide‑
rāt. Syntagma grecū ē. ⁊ ſm Hug. idē ē qḋ dogma. Alij dicūt
ꝙ taſſo verbū grecū ē idē qḋ ordino: ⁊ inde taſſus vel hic tax⁹ ⁊
hoc tagma idē ē qḋ ordo vel ordinatio. vñ ex ſyn prepoſitione: ⁊
tagma cōponit ſyntagma: ⁊ idē ē qḋ ordinatio. ⁊ certe in ꝓdicta
ep̄l'a ad pāmachiū multa talia iuenies coordiata. In tercia pte
tercie partis p̄ncipal' oſtēdit: vñ ea que origeñ. addidit ſint aſſū‑
pta: ⁊ q̄d mali accidit et hoꝝ ignorātia: ibi. x Interrogemus
ergo eos vbi h ſcripta ſint: ⁊ cū dicere non potuerit de libris he‑
braicis ꝓferam⁹. Primū teſtimoniū ē in Oſee. xj. Scḋꝫ in eſa.
xi. Terciū in zacharia. xij. Quartū in Prouerbijs. v. vel. x. Quī‑
tū eque in eſa. lxiiij. a Qḋ multi ⁊c. Apocryph⁹ a. um. dr̄ ſe‑

onem de patre ⁊ filio ⁊ ſpiritu ſancto. aut de induſtria tacuerunt. aut ali‑
ter oīa interpretati ſunt. ſ. ꝓpter ptolomeū cognominamento phyladel‑
phum regē egypti vni⁹ dei cultorē q̄ nōdū potuit capere myſteriuꝫ trini‑
tatis: ⁊ p̄cipue ne hoc magis platonicū ꝙ̄ theologicū videret. Plato
eīm locut⁹ eſt de noy ⁊ thugathō ⁊ aīa mūdi: ⁊ vt q̄dā dicūt noy appel‑
lauit patrē. thugathō ṽo p̄mū intellectū. i. filiū. aīaꝫ mūdi ſpm̄ ſctm̄: q̄
replet orbē terraꝝ: ſꝫ meli⁹ ē vt dicat aīa mūdi quedā vis regitiua eiā
inter cauſata al's in creatura. ſed nō ſpūſſanct⁹. in hoc tercio ſigno defe‑
cerūt ꝓhi ꝑ rōnes naturales. ⁊ ſi cōcedat eē ſpūſſanct⁹ tñ intelligendū ē
ꝙ nō intellexit ibi plato vnitatē eſſentie: ⁊ ſic quaſi tres deos in diuerſi‑
tate eſſentie ponere videbat. ⁊ qꝛ ptolome⁹ erat vni⁹ dei cultor. iō time‑
bāt hoc ſeptuaginta ne qui ſic cadere videbat in dogma platonis ponē‑
tis tres deos. hoc ēt ita eē crederet apud hebreos: ſicut pꝫ ex ṽbis Hie‑
ro. h ⁊ ex verbis Aug. ſup ep̄l'aꝫ ad Col. Nūq̄ ꝑ illa ṽba intellexit pla‑
to diſtinctionē ꝑſonaꝝ in trinitate. Uidet tñ in ep̄l'a ad paulinū: ſentire
cōtrariū. ſed ibi ſoluit ꝯrietas. Iſte ptolome⁹ de quo hic fit mētio fuit il‑
le vir ſtudioſus ⁊ libroꝝ cupidus: q̄ ad petitionē Ariſtei de quo h fit mē‑
tio libertati reſtituit plus ꝙ̄ centū milia iudeoꝝ q̄ ſeruierāt in regno ſuo:
dās dñis eoꝝ ꝑ vnoquoq̄ capite. xx. dragmas argēti. Et ſignificauit
Eleazaro ſummo pōtifici: ꝙ gentē ſuā ſic reſtituerat libertati: rogās eū
ꝙ mitteret ei viros ſeniores q̄ bibliothecam de hebreo in grecū ei ſciret
interpretari. tūc Eleazarus de vnaquaq̄ tribu elegit ſex ſeniores legem
ſcientes ⁊ miſit ei. Hi ſunt ſeptuaginta interp̄tes: q̄ licet. lxxij. fuerint: tñ
more ſacre ſcripture ſeptuaginta dicūt que modicū numerū ſi ſupra ali‑
quā ſummā ſupercreſcit ſepe ſubticet. De his inuenies diffuſius in Io‑
ſepho libro. xij. ca. ij. a quo accepit magr̄ in hyſtorijs. ⁊ ō his ſubdit h.
c Deniq̄ vbicūq̄ ⁊c. Iſtud iā ſupra ē expoſitū: qꝛ vero de hoc fecerat
mentionē incidēter oſtendit ꝙ. lxx. nō ſigillatim in ſingulis cellulis inter‑
pretati ſunt. ſꝫ in vna baſilica pariter cōtulerūt. Et in oſtenſione hui⁹ ſa‑
tis imorat. vñ dicit. d Et neſcio q̄s ⁊c. vel ſcriptitarent. melior lr̄a.
e Cū ariſte⁹ ⁊c. Aug. in ſcḋo libro de doctrina chriſtiana. Nō vr̄ men‑
daciū qḋ Hiero. reputat ꝓ mēdacio: ſed forte opinio Hiero ꝓualet. nō
eſt. n. in ſuo teſtimonio ſingularis. Dicit. n. Ioſeph⁹ in li. xij. loquens de
iſtis. lxx. Qḋ demetrius cōſilium fecit in domo ꝓpe litt⁹ ſtante ⁊ apta a
ſecretis ad cogitationē negocioꝝ: vbi eos ꝓducēs petebat oīa quibus
opus habebāt ad legis interp̄tationē. Cūq̄ laborioſe tantā interpre‑

Universidad de Salamanca. BGH

tationē facerēt vſq₃ ad horā nonā in hoc ſedētes ad curā corporis vertebātur. Mane aūt ad eūdē locū redibāt: ⁊ ita legis interp̄tatiōi vacabāt: ita trāſcripta lege ⁊ opere interpretatiōis ad effectū poſt ſeptuaginta duos dies tranſactos: cōgregās demetrius iudeos oēs ad locum in quo leges trāſlate fuerāt p̄ſētibus interpretib⁹ legit eas ⁊c. vñ ⁊ Hiero. dicit eas in vna baſylica ꝯtuliſſe. Baſylica.n. domus regia dr̄ a baſylios qd̄ ē rex vel imparator. Ariſteus aūt de quo fit h̄ mētio ſicut dr̄ in .xij. li. Ioſephi: amic⁹ regis neceſſarius fuit. Vñ dr̄ hyperaſpiſtes grece qd̄ ē ꝓtector latine. ⁊ cōponit ab hip̄ ꝓpoſitione greca: ⁊ aſpiſtes. Spizo eñ verbum grecū ē idē qd̄ extēdo inde aſpizo: qd̄ ē in circulā rē formā voluo. vñ dr̄ aſpis ſerpēs qui in modū circularis ſcuti ſe gyrat. Et ſil'r aſpis ſignificat ſcutū circulare. vñ aſpizo idē ē qd̄ ſcuto ꝓtego. ⁊ inde cōponit hypaſpizo ⁊ hypaſpiſtes: Et iſte Ariſte⁹ erat vn⁹ de cuſtodib⁹ corpis regis: d̄ quo ptolome⁹ loquēs Eleazaro principi ſacerdotū dicit in .xij. ioſephi. Trāſmiſi que deberent de his vobiſcum diſputare andream primatē mei corporis cuſtodē. Ariſteū mihi dilectiſſimos. dicit ergo hiero. ꝙ ariſte⁹ ptolomei hypaſpiſtes .i. ꝓtector qui eiuſdē ptolomei facta fideliter expoſuit. ⁊ Ioſeph⁹ qui multo poſt t̄pe geſta illius ſcripſit nō tacuiſſent ſi diuiſi per cellulas ſine mutua collatione eadē ſcripſiſſent. Si.n. hoc mō in diu̾ſa diuiſiſſent: vates potius ⁊ ꝓphete, q̄ interpretes dicendi eēnt quod nō cōuenit. [f] Aliud ē.n. eē vatē .i. ꝓphetā. [g] Aliud ē eſſe interpretē qd̄ patet. [h] Ibi.n. ſpūs vētura p̄dicit .ſ. qñ q̇s vaticinat̄ vel ꝓphetat. [i] Hic .ſ. in interpretatiōe. [k] Eruditio ⁊c. q.d. aliud eſt ꝓpheta ⁊ aliud interpres: niſi forte aliq̇s inſipiēs velit aſtruere idē eē vatē ⁊ interpretē: qd̄ ſi ꝯceſſum fuerit hoc ridiculū ſequit̄ ꝙ tulius q̇ quoſdā rhetoricos libros de greco in latinū tranſtulit. rhetorico afflat⁹ ſpū eos tranſtuliſſe dicat̄: ⁊ hoc eſt qd̄ dicit. [l] Niſi forte ⁊c. Hos libros tranſtulit tullius de greco in latinū .ſ. economicū xenofontis .i. diſpenſatoriū. Econom⁹.n. idē ē qd̄ diſpēſator ſ̄m grecā ſcripturā nō ſcribitur econom⁹ p̄ e. ſed oyconomicus p̄ oy. dypthōgō. Et deriuat̄ ab oycos .i. dom⁹. q₂ diſpēſat .i. ordinat domū .i. ꝓpriā familiā. vel dr̄ ab echo qd̄ eſt redditiu⁹ ſonus aeris: vel valliū: vel rupiū: vel montiū. q₂ ad ſonū ⁊ ad vocē ei⁹ tota familia dȝ ordinari. Dr̄ ergo economicū xenofontꝭ liber quē xenophō cōpoſuit de officio diſpēſatoris. Iſte xenofon diſcipulus fuit Socratis vir magne facūdie: ſicut pȝ in .v. libro Valerij maximi. Et platonis pythagorā .i. librū quē plato cōpoſuit pythagore noīe intitulatū. ſicut dr̄ thimeus platonis. Plato eñ ſolebat libros ſuos intitulare a noībus diſcipuloꝝ ſuoꝝ vel coꝝ quos introducebat loquentes Et demoſthenis pro theſifonte .i. librum quem demoſthenes quidam rhetor cōpoſuit de defenſione ⁊ heſiphōtis ꝯ elchinē. Iſtā hyſtoriam quere ſupra in epiſtola ad paulinū .ij. c. Quidā dicūt ꝓteſiphōte eē p̄ vnā dictionē. ſed errāt: ſicut pȝ inſpiciētib⁹ hyſtoriā. Dicat̄ ergo veri⁹ ꝓ cteſiphōte vt ſint due dictiōes: ſicut dr̄ Cycero ꝓ deiorato. ꝓ deiorato diuiſe ſunt dictiōes. Dicam⁹ ergo demoſthenis ꝓ cteſiphōte: ſubintelligētes librū ꝓ cauſis cteſiphōtis: ſicut dr̄ Tullius ꝓ deiorato .i. ꝓ cauſa deiorati regis. cetera plana ſunt. Sic igit̄ ſi ſeptuaginta interp̄tes: vates vel ꝓphas dicimus ꝙ interpretes fuerūt neceſſe ē vt tulliū quoq₃ vatē ⁊ ꝓphetā dicam⁹: q₂ interpres fuit. Aut etiā aliud incōueniēs ſequit̄ ſi eos ſpū ſancto locutos aſſerim⁹ .ſ. eundē ſpm̄ ſctm̄ aliter p̄ iſtos. aliter p̄ apl'os fuiſſe locutū ſibi cōtrariū: p̄ quē videlȝ alit̄ ſcriptū eē falſo teſtati ſunt: qd̄ illi oīno tacuerūt. hoc ē illud incōueniēs qd̄ tāgitur cū dr̄. [m] Aut alit̄ ⁊c. .ſ. ordinauit ſpūſanct⁹. [n] Ut ꝙ illi ⁊c. Tr̄a plana ē. Sic oſtēdit ſeptuaginta interpretes nō diuino ſed humano ſpū fuiſſe locutos ſequit̄. [o] Quid igit̄. Hic incipit quarta pars principalis in qua ponit ſuā excuſationē ꝙ nō ad aſpirationem veteꝝ nouā faciat trāſlationē. Et facit hic tria. Primo ſuā innocentiā indicat cū dicit. [o] Quid igitur .ſ. intendo nouā trāſlationē faciendo. [p] Dānamus veteres ⁊c. Arrogātiā deuitat: vel ſignāter dicit qd̄ poſſum⁹. q.d. pleni⁹ nobis liquet veritas. ⁊ ideo licentior datur tranſferēdi facultas. ⁊ hoc eſt quod ſequitur.

aſſe. Aliud[f] ē eñ eē vatē aliud[g] eſt eē interpretē. Ibi ſpūs[h] ventura p̄dicit hic[i] eruditio[k] ⁊ verborū copia ea que intelligit trāſfert. Niſi forte putā[l]dus eſt tullius yconomicū xenofōtis ⁊ platōis pythagorā ⁊ demoſthenis ꝓ cteſifonte: afflatus rhetorico ſpū tranſtuliſſe. Aut[m] aliter de eiſdē libris p̄ ſeptuaginta interp̄tes aliter p̄ apl'os ſpiritus ſanctus teſtimonia texuit ut[n] qd̄ illi tacuerūt hi ſcriptū eſſe mētiti ſūt. Quid[o] igit̄ dānamus[p] veteres. Minime: ſȝ poſt priorū ſtudia in domo dñi qd̄ poſſum⁹ laboram⁹. Illi[q] interpretati ſūt añ aduentū chriſti ⁊ qd̄ neſciebant dubijs ꝓtulere ſententijs: nos poſt paſſionē ⁊ reſurrectionē ei⁹ nō tam ꝓphetiā q̄ȝ hyſtoriā ſcribimus. Aliter[r] eñ audita. aliter viſa narrātur. Quod[s] melius intelligim⁹ meli⁹ ⁊ ꝓferimus. Audi[t] igit̄ emule. obtrectator auſculta. Non[v] dāno: nō reprehēdo ſeptuaginta ſed [x]cōfidēter cūctis illis apoſtolos p̄fero. Per[y] iſtorū os mihi chriſt⁹ ſonat quos añ ꝓphetas inter ſpiritalia cariſmata poſitos lego. in[z] quib⁹ ultimū pene gradū interpretes tenēt. Quid[a] liuore torqueris: qd[b] imperitorū

[q] Illi interpretati ⁊c. Non ſcribimus ꝓphetiā que eſt futuroꝝ prefatio: ſed hyſtoriā que eſt rei geſte narratō. vnde dicitur ab hyſtorin quod eſt videre: q₂ apud veteres nullus ſcribebat hyſtoriam niſi is qui ſcribendis interfuiſſet: ⁊ ea vidiſſet: ⁊ huic expoſitioni hyſtorie alludit littera ſequens.

[r] Aliter enim ⁊c. .i. magis certitudinalit̄ ⁊ magis ſ̄ȝ ordinem hyſtorie narrātur viſa q̄ȝ audita: ⁊ certe. [s] Quod melius ⁊c. ⁊ melius transferre poſſumus. Secundo apoſtolis auctorib⁹ obtrectatores confutat ibi

[t] Audi ⁊c. Auſcultare dicitur quaſi aures ſono culcare: vl' quaſi auribus ſonos celare. ⁊ eſt compoſitio vel ethymologia: nec eſt dypthongus in prima ſyllaba ſicut quidā ponūt habētes reſpectum ad cōponentia non attendentes ꝙ obedio: licet componatur ab ob ⁊ audio: cauſa euphonie mutat au in e. ⁊ ſimiliter cauſa euphonie dicimus aſcultare non auſcultare. Audi itaq₃ qd̄ ſequitur. [v] Non damno ⁊c. .ſ. ex toto: ſed in quibus teſtib⁹ apoſtolis diminutos conuinco.

[x] Sed confidenter ⁊c. Licet enim apoſtoli ſint pauciores numero: eorum tamen teſtimonia preferenda decerno: nec mirum quia

[y] Per iſtorum ⁊c. Hoc chariſſima ā₃ dicitur gratia vel donum gratie. Et dicitur a charis grece quod eſt gratia latine. vnde ſpiritualia chariſmata appellat Hiero. diuiſiōes ſiue dona gratie de quibus agit apoſtolus .i. Coꝝ. xij.

[z] In quibus vltimū pene ⁊c. Pene .i. penitus. vltimū.n. locum tenent: ſicut patet inſpicienti textum .i. Corin. xij. Dicit tamē pene qd̄ eſt cōparatiuū ad innuēdū qd̄ nō ex toto ꝓut poſſet accuſat tranſlationem ſeptuaginta interpretum. Tertio infallibilem ſue tranſlationis veritatem ꝓbat ibi. [a] Quid liuore torqueris. Liuor dicitur inuidia vel nigredo que remanet ex percuſſione Et dicitur a liueo es. quod eſt inuidere. vel liuidum .i. nigrum ex percuſſione fieri. Torqueo es. torſum vel tortum. dicitur cruciare flectere: mittere: iaculari: in prima ſignificatiōe ponitur hic. dicit ergo. O emule quid liuore torqueris .i. cur inuides mee tranſlationi cuius non potes contradicere veritati.

[b] Quid imperitoꝝ animos ⁊c. cum .ſ. ſit irrefragabilis veritas quod oſtendit cum dicit. [c] Sicubi. id eſt ſi alicubi aduerbium loci. [d] In trāſlatione videor ⁊c. Si eſt ita vt dico: ⁊ nō ſolum in vna ciuitate. [e] Diuerſarum vrbium ⁊c. id eſt peritos in lege: ⁊ quid lucraberis ex hoc: quia tunc ſenties mecum: quia

[f] Quod illi .ſcilicet hebrei habent de chriſto.

[g] Tui codices .ſcilicet ſeptuaginta nō habent. ⁊ ſic patet ꝙ noſtra trāſlatio eſt veracior ⁊ completior: ſed forte te alit̄ excuſabis dicens: ꝙ illa teſtimonia non fuerunt ab initio in hebraica veritate: ſed ſunt ab hebreis ſupaddita: poſtq̄ falſa ab apoſtolis ſunt aſſumpta: ⁊ ſic latina exēplaria veraciora ſunt q̄ greca. greca q̄ hebrea. ⁊ hoc eſt quod dicitur hic.

[h] Aliud excuſationis genus eſt .ſcilicet ſi dixeris ꝙ hebrei ꝓbauerint teſtimonia predicta.

[i] Poſtea .ſcilicet poſtq̄ ſeptuaginta editionem ſuam fecerunt: ⁊ tamen ea libris ſuis poſtmodum addiderūt.

[k] Ab apoſtolis contra ⁊c. id eſt falſo cōtra hebreos aſſumpta ⁊ contra vſum veritatis rapta.

[l] Et emendatiora ſunt exemplaria latina ⁊c. Sȝ iſta excuſatio nihil habet ꝓbabilitatis. Apoſtolorum eñ cura fuit falſa deſtruere. Unde falſa teſtimonia nullaten⁹ aſſumpſerunt. ꝓpterea non veriſimile eſt: ꝙ hebrei in libris ſuis ſupaddiderīt que ſibi ꝯtraria cognouerunt: qui potius negarēt ſi poſſent. demum quicquid veritatis ⁊ latina: ⁊ greca exemplaria hñt de frōte hebraice veritat̄ exhauſerūt.

[m] Uerum hec cōtra inuidos. ſcilicet diximus. quibus per oīa cōtraria ſentimus: qui meam trāſlationem volunt reprehēdere: q₂ imediate ſumpta ē ab hebraica veritate tāq₃ a puro fonte.

[n] Nunc te deprecor. Hec eſt vltima pars principalis iſtius ꝓlogi in qua facit tria. Primo eñ orationum ſuffragia implorat cū dicit. [n] Nunc te deprecor deſideri cariſſime: vt me orationib⁹ iuues. Secundo aſſignat rationem cur orare debeat cum dicit. Quia me tñ opus ſubire feciſti ⁊ a Geneſi exordiū capere. Tercio finem orationis inſinuat .ſ. vt pentatheucum fideliter transferat. vnde dicit. Quo poſſim eodē ſpiritu quo ſcripti ſunt libri in latinum eos transferre ſermonem.



animos cōtra me concitas. Sicubi[c] in[d] trāſlatione tibi uideor errare: iterroga hebreos: diuerſarum[e] urbium magiſtros cōſule. Quod[f] illi habēt de chriſto tui[g] codices non habēt. Aliud[h] eſt ſi cōtra ſe poſtea[i] ab[k] apoſtolis uſurpata teſtimonia ꝓbauerunt et[l] emendatiora ſunt exemplaria latina q̄ȝ greca: greca q̄ȝ hebraica uerū[m] hec contra inuidos. Nūc[n] te deprecor deſideri chariſſime: ut quia me tñ opus ſubire feciſti: ⁊ a geneſi exordium capere oratiōib⁹ iuues: quo poſſim eodē ſpiritu quo ſcripti ſunt libri in latinū eos transferre ſermonem.

Explicit prefatio.

Expoſitio in ꝓlogum pentatheuci confratris cuiuſdam de ordine poſtillatoris finit: ad quem in principio operis ſua in prefatione ſuper quorūdam ꝓlogorum elucidatione tanq₃ per eūdem ſufficiēter expoſitis poſtillator. vt patuit ſeſe exonerādo remiſit.

Sequitur ꝓlogus in additiones.

Additiones ad poſtillā magiſtri Nicolai de lyra ſuper biblia: edite a reuerendo patre dño Paulo de ſancta Maria magiſtro in theologia ep̄o Burgen̄. Archicācellario ſereniſſimi principis dñi Iohānis regis caſtelle ⁊ legionis incipiunt: quas venerabili viro Alfonſo legum doctori decano cōpoſtellano filio ſuo ex legitimo matrimonio genito direxit: premittens ei prologū ſub forma ſequenti. Finiuit autem eas: Anno dñi. M.cccc.xxix.

Quid tibi vis vt viuens donem dilectiſſime fili: aut ſucceſſionis titulo poſt vitā relinquā niſi qd̄ ad ſacrarum ſcripturaꝝ noticiā cōferat: ⁊ greſſus tuos in catholice veritatis ſolidiſſimo feruore ꝯfirmet. Hec eſt eñ quā corde geſto ac ore ꝯfiteor. ⁊ de qua puto ſcriptum fuiſſe. pater filijs notam faciet veritatem ſuam: quam cum ab ineunte etate nō recepiſſem: ſed ſub iudaice cecitatis perfidia natus: ſacras lr̄as non a ſacris doctorib⁹ didiciſſe: ab erroneis mḡris errores ſēſus trahebā lr̄aȝ rectā nō recens cauillationibus vt ceteri illi⁹ perfidie duces temerarie inuoluere ſatagens. Cū vero placuit illi cuius miſericordia menſuram non habet: me a tenebris ad lucē a caliginoſa turbine ad ſerenū aerem euocare: ceciderūt quodāmodo ſquame de oculis mētis mee ⁊ cepi ſcripturā ſacrā aliquāto ſtudioſius relegere: ⁊ iam nō ꝓſide ſed humiliter veritatē inquirere: ⁊ ingenij mei virib⁹ nō confidens toto corde a dño poſtulare: vt qd̄ ſalubrius aīe mee eēt cordi meo infigere dignaret̄: nocte dieq₃ ei⁹ auxiliū p̄ſtolabar. ſicq₃ factū eſt vt catholice fidei deſideriū in mente mea de die in diem fortius incādeſceret quo ad ipſam fidē quā corde gerebā publice ꝯfiterer: ⁊ ea fere etate qua tu nūc es baptiſmi ſacr̄m in hui⁹ eccleſie ſacro fonte ſuſcepi: pauli nomē aſſumens te tūc infantie innocentia gaudēte: qui poſt me in etate illa tenera ſacro lauacro ab originali culpa mundatus es: anteq̄ actuali inquinari valuiſſes nomen Alfonſi ſuſcipiens: priuſq̄ litteras nominare nouiſſes. ꝓcedente vero t̄pe ſacraꝝ litteraꝝ ſtudio inſiſtens vtriuſq₃ teſtamenti lectioni operā dedi: ⁊ interdū a magr̄is viuentibus audiendo. ſepe etiā ſanctoꝝ doctoꝝ aliorūq₃ inſigniū viroꝝ: qui ab hac vita tranſierunt opera relegēdo: diuina donāte clementia. q̇ prius fuerā magiſter erroris: factus ſum diſcipulus veritat̄. quouſq₃ ad hanc quā vides ſenectutē acceſſi. ⁊ vt verū tibi fatear inter preſſuras ſeculi: ⁊ curie noſtre curas: quib⁹ q̄nq₃ ventilat⁹ ſuȝ. hec fuit precipue delectatio mea: hoc ſingulare ſolaciū meū: eternū ⁊ immutabilē deuȝ: eiuſq₃ mirabilia opera in ſancte ⁊ immaculate legis ſue lectione cōtemplari: nec tñ hi quos ꝓſperos vulgus appellat ſucceſſus defuerūt. Nā me licet ꝓſus imeritū non ad paruū eccleſie gaudiū diuina gratia ſubleuauit. Primo enim ad carthaginēſem. deinde ad hanc Burgen̄. ſedē ꝓmotus ampliſſimis eccleſie dei fauoribus ſum nutritus eccleſiaſticis etiā ſecularia adiecta ſunt: cū tam in domo glorioſe memorie iuſtiſſimi regis enrici: q̄ȝ eius illuſtris plāte inclyti regis noſtri Sigiſmundi officio ſuſcepto ſatis familiariter ſum verſatus. Fratrem vero tuum primogenitū ac te q̄ȝ clementer q̄ȝ pie omnipotentis clemētia tractauit: ego nō referā: voſipſi cognoſcite. Unū eſt quod ſilētio cōmittere nō poſſum nobis ex leuitico ſanguine deſcendētib⁹ aliquātulū demonſtratū fuiſſe: qd̄ ante tot ſecula ſcriptū ē tribui leui nō fuiſſe datam poſſeſſionē: q₂ dñs eſt poſſeſſio eius. de⁹.n. ē poſſeſſio noſtra: chriſtus hereditas noſtra: qui purgaturus filios leui vt ſacrificia dño in iuſticia offerrēt. voce ꝓphetica antiquitus predicatus his iam diebus manibus patris ſe ſacrificiū verum tractari permittit: vtinam ſic acceptās ſicut ⁊ tolerans. Nec volo iſta me putes ſuperuacue iactāter ue inſeruiſſe. vitamq₃ meā fruſtra annūciaſſe tibi: cū nō ſuperuacuū quinimo neceſſariū reor omnipotentis beneficia cognoſcere: ⁊ arrogantie attribuēdū nō eſt: infirmitatis ꝓprie aperta ⁊ inficta cōfeſſio: preſertim cū tibi loquar a memoria hec excidere nullo vnq₃ tempore vellē. nec enim me ſatis gratū puto tantoꝝ beneficioꝝ receptorem agere. ſi cū vita mea illoꝝ recognitio quieſcat. tibi aūt nō ab re inter ceteros hec libenter enarro: vt que beneficio etatis non vidiſti: ſaltē a patre audiens memorie tradas iunioribuſq₃ qui forſan nō audierūt cū hoꝝ occurrerit ſermo: frequēter enarres vt ⁊ illi enarrent filijs ſuis ne obliuiſcātur opeꝝ dñi: ſed legē eius exquirant. Cuius clariori exquiſitioni fili chariſſime: cū nō modicum conferat ſtudiū ⁊ diſciplina: ad que te licet iurium doctrinis a pueritia occupatū interdū anhelare cōſpicio: ⁊ inter ſtudia iuris ⁊ diſceptationū forenſium occupationes vtriuſq₃ teſti ſpicas quaſi furtim ruminare tentantē aliquo munuſculo excitare ſepe ꝓpoſui: deſideriūq₃ tuū paterno fauori iuuare. ⁊ q̄ñ innumerabilia pene opera quoꝝ varietate diuia ſcriptura circūdata refulget Poſtilla Nicolai de lyra tā ſui recentia q̄ digna celebritate clareſcit: q̇ vtriuſq₃ teſtm̄ ſtudioſe diſcernēs lr̄alem ſenſum qui inter ceteros p̄cipuus eſt copioſa luculentia tradidit: hanc tibi donare ꝓpoſui. Et cū infirmitatis humane periculo detentus: dieꝝ meoꝝ finē ignoͬ

Universidad de Salamanca. BGH

rem: merito tamē ex etate accelerare ſuſpicor. Memor ſum illam tibi ex bibliotheca mea electam iam bis perlegiſſe. cum vero ſummi patris clemētia vitam meā miſericorditer plolongauit: viſum eſt mihi vt qḋ legare cōceperā inter viuos: nō vn̄ donarē: ſʒ paterna additamenta paterno munuſculo cumularē: ⁊ in gazophilacio eius qui vite dies addidit: etiā ſi modicū aliq̄d ſupadderē. Nec.n. q: multa donare nō poſſumꝰ: manū ex toto retrahere licet vnuſquiſq; eīn tanti debitor eſt quātū ingenij ſui vires extoluere valēt. nec quiſq̄ apud deū ꝓ ſoluēdo debito cōpos nō eſt: cū vltra facultatē nō petit. nec opulētior debito eſt: cum nihil habeat qḋ nō receperit: ſed miſericordia eius his que poſſumꝰ cōtentaẜ. iuſticia.n. oīa queq; valemꝰ tranſcēdit. Cū ergo poſtillam hanc diſcurriſſem: ⁊ ſi ſolēniſſima ⁊ mirāda copioſitate ſcriptā conſpicio: q: tn̄ nullū opꝰ humanū adeo perfectū ē: q̄n ei ſuperaddi aliq̄d poſſit. Et de ſola ſcriptura diuina ſcriptū eſt: ne addas quicq; verbis illius. expedire putaui aliquibꝰ in locis aliqua addita re in illis pmatime: vbi ſanctoꝝ doctrinas aliquatenus p̄termiſſas conſpexi. Nec fuit ꝓpoſiti mei curioſe inquirere quid ſupplerem: ſed libenter ſine ſupplementis tranſiui: niſi vbi ipſa me ſupplementa vocarūt. Quare nec volumē ꝓpoſui ſcribere: nec libri nomine gloriari: ſed poſtillam ipſam cū paucis admoduz additionibus in margine tranſcriptis tibi donare: vt ⁊ ipſi nouitij ſtudentes facere ſolent qui cū librū aliquē affectuoſe plegūt: aliquibus gloſulis ſepe manu ꝓpria cōſcriptis margines occupāt vt firmius memorie qḋ legerint tradāt: nōdū tn̄ vt ꝓpoſui totā poſtillam diſcurrere valui: tū etatis pondere ⁊ paſſionū illi adherētiū grauitate: tum tarditate ingenij: tum etiā occupationū multitudine ⁊ humanorū caſuū varietatibꝰ obſiſtentibꝰ: que his in partibꝰ nōnūq̄ abūdāt. Sed lʒ aliqua ex parte nōdū perfeceriz qḋ trāſcurſum eſt cōfeſtim dono: reliquū ſi deus cōpleri pmiſerit donaturꝰ. Nec.n. imperfecti occaſiōe qḋ ſcriptū erat retinere volui: imo in quaſdā arras cōmercij noſtri ilico tradere. Hoc eſt ergo fili mi teſtm̄ meū. hi ſunt codicilli mei: hoc ex illis prelegatum agnoſce: vt in lege dn̄i ſit voluntas tua: ⁊ in lege eius mediteriꝭ die ac nocte. Meditationē vero tuā hec ⁊ ſimilia relegēdo puriorē ꝑfecto: ⁊ ſuauiorē afficies gratāter. Igiẜ donū hoc tu parens accepta paterna affectione: ⁊ leta manu donatū. Sʒ omittamꝰ hec: ⁊ oīpotentis dei cuius opꝰ aggredimur: ⁊ a quo ⁊ cū quo omnis ſapientia fuit ſemp ⁊ eſt an̄ euū auxilio humillimis precibus inuocato: quicq̄d huic poſtille addidimꝰ: ſtilo plano ⁊ oīuz verboꝝ flore depoſito exprimētes manū aratro iā imponamus.

Supra prologum primū poſtille in principio habite qui incipit. Hec omnia liber vite. Similiter ſupra ſcḋm ꝓlogū eiuſdem poſtille qui incipit. Uidi in dextra ſedētis ſuper thronum ⁊c̄.

Sequitur additio ſuper vtrūq; ꝓlogum.

q Uoniam intentio poſtillatoris precipue verſatur circa ſenſum litteralē: iō an̄ oīa querendū vr̄: vtrū ſenſus l̄ralis ceteris ſenſibus ſacre ſcripture ſit dignior. et videẜ ꝙ nō. nā ſm aplm̄. ij. Corint. iij. L̄ra occidit ſpūs aūt viuificat: ſed ſenſus l̄ralis ꝓpe fundaẜ in l̄ra. ſenſus vo ſpūalis fundaẜ ꝓpe ſup̄ ſignificatiōez ſpūalē: q̄ res ſignificate p l̄raz vlteriꝰ alias res ſignificāt. ergo ſenſus l̄ralis ſacre ſcripture non viuificat ſed occidit: ⁊ p cōſequens nō eſt dignior ceteris ſenſibꝰ. Preterea: dignior eſt doctrina que habeẜ per ſenſus ſpūales q̄ illa que habeẜ per ſenſum l̄ralē: ergo ſpūales ſenſus ſunt digniores. tenet cōſequētia: q: quecūq; ſcripta ſunt: ad noſtrā doctrinā ſcripta ſunt. ad Ro. xv. Aſſumptū ꝓbaẜ: nā per ſenſum allegoricū habētur que ſunt credēda: qḋ pertinet ad fidē. p ſenſuz anagogicū que ſunt ſperāda: qḋ pertinet ad ſpem. p ſenſum vero tropologicū que ſunt agēda: qḋ ptinet ad charitatē. In quibꝰ. ſ. tribꝰ virtutibꝰ ꝓprie deus coliẜ: ſm Aug. Per ſenſuz vero l̄ralē habetur hyſtoria tm̄: ꝙ aūt p dictos quatuor ſenſus intelligāẜ quatuor predicta: pʒ p verſum allegatū in ꝓlogo poſtille. ⁊ ē cōis ſententia expoſitoꝝ in quo verſu dr̄. L̄ra geſta docet quid credas allegoria. Tropologia q̇d agas: q̇d ſperes anagogia. Preterea ſm phm̄. i. poſte. Propter qḋ vnūquodq; ⁊ illud magis. ſʒ ſenſus l̄ralis eſt ꝓpter ſenſum ſpūalē: igiẜ ſenſus ſpūalis eſt dignior cōſequentia tʒ: ⁊ an̄cedēs ꝓ ſcḋa pte ꝓbaẜ: nā ſenſus l̄ralis ſe hʒ ad ſpirituales ſicut fundamentū ad edificiū: ꝑut ponit poſtillator in ſcḋo ꝓlogo. Cōſtat aūt ꝙ fundamentū ē ꝓpter edificiū ⁊ non ecōtra. Preterea ſenſus l̄ralis accipiẜ ſm primā ſignificationē l̄re qua voceſ ſignificāt res: ꝑut cōiter teneẜ. ⁊ poſtillator ponit in p̄mo ꝓlogo. ſed ſm primā ſignificationē qua voces ſignificant res multa falſa reperiūtur in ſacra ſcriptura ſpāliter attribuendo deo qḋ minime deo cōpetit ſicut motꝰ localis: vt Gen̄. xi. ca. Deſcendit deꝰ vt videret ciuitatē ⁊ turrim ⁊c. ⁊ ſic de mult̄ alijs: que tn̄ in ſenſu ſpūali nō reperiūtur. ergo ſenſus l̄ralis nō ē dignior. Preterea illa que ſunt interiora tam in tpalibꝰ q̄; in ſpiritualibꝰ exterioribus ſunt digniora. In corporalibꝰ.n. illa in q̇bus principaliter cōſiſtit vita aīalis ſūt in interioribꝰ eiꝰ partibꝰ ſicut cor. Idē etiā pʒ in ſpūalibꝰ. ſ. ꝙ illa que ſunt interiora fortiora ſunt ⁊ in dignitate potiora: ſicut pʒ in tabernaculo federis: ī quo archa teſtamenti ponebaẜ in loco interiori: qui dr̄ ſancta ſanctoꝝ. Cetera vero in locis magis exterioribꝰ ſm gradū ſanctitatis eoꝝ: vt patet Exo. xl. ſilr̄. iij. Reg. viij. Idē patet in ſacris eccleſie in quibꝰ inuiſibilis gratia que interius daẜ: dignior eſt q̄; viſibilis forma que apparet exteriꝰ. Cū aūt ſenſus l̄ralis dr̄ ſcriptus eē in libro foris. ſenſus vero myſticꝰ intꝰ: vt patet Apoca. v. in auctoritate allegata p poſtillatorē vbi dr̄. Uidi in dextra ſedenti ſup thronū librū ſcriptū intus ⁊ foris. Cōſequēs eſt ꝙ ſenſus l̄ralis ſit minoris dignitatis reſpectu ſenſus ſpūalis. Preterea notitia humana cōiter ꝓcedit a minus pfectis ad magis pfecta: prout pʒ nō ſolū in humanis ſcientijs que ꝓcedunt a ſenſibilibus ⁊ particularibꝰ: ⁊ terminātur in ſummis reꝝ cauſis. ſʒ ēt in his que ad noticiā diuinoꝝ pertinēt. vn̄ Roma. i. Inuiſibilia dei a creatura mūdi p ea que facta ſunt intellecta cōſpiciūẜ. Sʒ in ſtudio ſacre ſcripture incipienduz ē ab intellectu ſenſus l̄ralis: vt poſtillator dicit in ſumma. ergo ſenſus l̄ralis nō eſt dignior. Preterea ille ſenſus ſcripture dʒ dici dignior qui alteriꝰ defectuz ſupplet: ſʒ ſenſus ſpiritualis q̄nq; ſupplet defectū l̄ralis ſenſus. Dicit.n. Grego. in moraľ. Cū ordo hyſtorie deficit: ſeſe nobis intellectus myſticꝰ quaſi apertis iā foribꝰ oſtendit: ac ſi patenter clamet: q: rōnem l̄re defeciſſe cognoſcitis: reſtat vt ad ſpūalē ſenſum ſine dubitatione redeatis. ergo l̄ralis ſenſus nō ē dignior q̄; ſpūalis. Sed contra. Senſus ille ad quē tm̄ ptinet honor ſacre ſcripture ꝓprie debitꝰ eſt ceteris ſenſibꝰ virtuoſior ſeu dignior: cuz honor ſit precipuū ſignum virtutis: vt in. i. ethic. Sed ſenſus litteralis ſacre ſcripture eſt hmōi. ergo ſenſus litteralis inter ceteros eſt dignior. minor pʒ: nā ſm Aug. in epl̄a ad Hiero. Solum.n. ſcripturaꝝ libris qui canonici appellantur hūc honorē didici deferre vt nullū auctorē eoꝝ ſcribēdo aliq̄d erraſſe firmiſſime credā. Cōſtat aūt ꝙ hūc honorē nō hʒ ſacra ſcriptura ſm ſenſuz ſpiritualē: quia ſi ſic ex tali ſenſu ſpūali poſſet ſumi efficax argumētuz qḋ eſſet cōtra Aug. in epl̄a ad Uincē. donatiſtā dicentē: ꝙ ex ſolo ſenſu l̄rali efficax argumentū ſumiẜ. In hac queſtiōe ſex videtur cōſiderāda. Primū q̇s dicēdꝰ ſit ſenſus ſacre ſcripture l̄ralis ⁊ quis ſpūalis. Scḋm an quilibet paſſus ſeu textus exponatur q̄druplici ſenſu ſupra tacto. Terciū an cuiuſlibet paſſus ſeu textꝰ ſacre ſcripture ſit tm̄ vnꝰ ſenſus l̄ralis vel q̄nq; plures. Quartū poſito ꝙ aliq̄n vnꝰ textus ſeu vna auctoritas ſacre ſcripture habeat plures ſenſus l̄rales: quis eoꝝ ē alteri preferēdus. Quintuz an ex quolibet ſenſu l̄rali poſſit ſumi efficax argumētū. Sexto rn̄dēdū ē ad queſtionē ⁊c. Circa primū. ſ. q̇s dicēdus ſit ſenſus ſacre ſcripture l̄ralis. ⁊ q̇s ſpūalis. Dicendū ꝙ ſenſus l̄ralis q̄nq; dr̄ ille ſm quē aliqua hyſtoria narraẜ ad l̄raz. ⁊ hoc videẜ ſonare verba Greg. in. iij. moraľ. qui de ſenſu l̄rali loquēs dicit. Duz narrat geſtū ꝓdit myſteriū. Silr̄ in verſu p̄allegato dr̄. L̄ra geſta docet. Sed ſm hoc ſola hyſtoria ſacre ſcripture dicereẜ hr̄e ſenſum hyſtorialē vel l̄ralem: nō aūt doctrinalia ſeu ꝓphetica ⁊ hmōi: cū in talibꝰ nō vr̄ narrari aliqua hyſtoria: ſed hoc eſt ꝯtra cōem ſniam expoſitoꝝ qui cōiter auctoritatibꝰ ſacre ſcripture ſenſum l̄ralem attribuunt. Unde aliter ⁊ magis ꝓprie dr̄ ſenſus l̄ralis. ſ. ille q̇ habeẜ p ſignificationē l̄re qua voces ſignificant res. Ille aūt dr̄ ſenſus ſpūalis qui habeẜ per ſignificatiōes rerum ſignificataꝝ p voces: ꝑut pʒ in prima pte. q. i. ar. vlti. Et eſt ſnia cōis quā ſequiẜ poſtillator in ꝓlogo. Sed attendenduz eſt qḋ per p̄dicta nō habeẜ diffinitio ſeu deſcriptiō adequata ſenſus litteralis: d quo hic agiẜ. Sūt.n. quedā in ſacra ſcriptura tradita que ſi accipiāẜ ſm ſignificationē qua voces cōiter ſignificant res: eſſent falſe: vt pʒ in locutiōibꝰ pabolicis ⁊ hmōi. vt infra patebit. Un̄ addēdū eſt p̄dictis: ꝙ ſenſus ſacre ſcripture ad hoc ꝙ l̄ralis dicaẜ req̄riẜ ꝙ ſit intentus ab auctore ſacre ſcripture qui ē



deus. Cuius ratio eſt: nā ſenſus l̄ralis cuiuſcūq; ſcripture eſt ille quem auctor intendit cū voces ſint eaꝝ que ſunt in anima paſſionū note: vt in. i. perihermenias. Sʒ cōſtat ꝙ auctor ſacre ſcripture eſt deus: ⁊ ſic pʒ ꝙ ſenſus l̄ralis de quo agiẜ: ē ille qui a deo intendiẜ: ⁊ per voces in l̄ra cōtētas ſignaẜ. Ex quibꝰ ſequiẜ ꝙ ſenſus l̄ralis ſacre ſcripture nō debet dici ille ſenſus qui in aliquo repugnat eccleſie auctoritati ſeu determinatiōi: ꝙ tūcūq; ſenſus talis ſit cōformis ſignificatiōi l̄re: talis eīn ſenſus nō ſolū nō intēdiẜ ab auctore: ſed potiꝰ ē hereticus. vn̄ Hiero. Quicūq; ſcripturā aliter intelligit q̄; ſenſus ſpūſſancti efflagitat a quo ſcripta eſt hic hereticus appellari pōt: qḋ intelligiẜ de illo qui ad hoc expoſitionē ſacre ſcripture retorquet: qḋ ꝯtrariaẜ ei qḋ per ſpm̄ſanctuz reuelatū ē: vt. ij. parte. q. xi. Sequiẜ etiā ꝙ nec habēdus eſt ꝓ ſenſu l̄rali ille qui rōni recte repugnat: talis eīn ſenſus non intendiẜ ab auctore. ſ. deo qui ē prima veritas: a quo oīs veritas deriuatur. ⁊ ideo Auguſtinꝰ ſup Gen̄. ad l̄raz: cū ſcriptura diuina multipliciter exponi poſſit: nulli expoſitiōi ita preciſe aliquis inhereat: ꝙ ſi certa rōne cōſtiterit hoc eē falſum: ꝙ aliquis ſenſuz ſcripture hūc aſſerere p̄ſumat. Ex hoc eīn ſcriptura ab infidelibus derideret ⁊ eis p̄cluderet via credēdi. hec ille. Idē etiā ē dicēdū de ſenſu ſpūali ſacre ſcripture: qui p ſignificationē reꝝ p voces in l̄ra ꝯtentas ſignificataꝝ habeẜ. ſ. ꝙ talis ſenſus nō dʒ repugnare auctoritati eccľe: nec recte rōni: q: ſi ſic talis ſenſus ſpūalis nō eſſʒ attribuendus ſacre ſcripture a deo qui eſt veritas ſūma reuelate. Circa ſcḋm. ſ. an quilibet paſſus ſeu textus ſacre ſcripture exponatur quadruplici ſenſu ſupra tacto. Dicēdū ꝙ nō. Dicit eīn aug. ij. ſuper Gen̄. in q̇buſdā ſolꝰ ſenſus l̄ralis q̄rēdus eſt. qḋ pʒ manifeſte. Sūt eīn multa in libris canonicis tam veteris teſtamenti q̄; noui que nō habēt niſi ſenſum l̄ralem: qḋ pʒ in multis: ⁊ ſpāliter in duobꝰ preceptis charitatis: in quibꝰ tota lex pendet ⁊ ꝓphete vt habeẜ Math. xxij. Licet eīn in his preceptis. ſ. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo: ⁊ diliges ꝓxi. tuū ſi te. ⁊c̄. multa contineātur exponēdo ſeu exponibilia tā ad obiectū charitatis q̄ ad eiꝰ actū interiorē ſeu exteriorē: q̄ etiā ad eiꝰ ordinē ⁊ alia hmōi ptinētia: oīa tn̄ illa ptinēt ad ſenſum l̄ralem tm̄. nō eīn in hoc loco res ſignificate p hāc vocē deꝰ: ſeu p hāc vocē ꝓximꝰ: ⁊ hāc vocē diliges: iteꝝ res alias ſignificāt a quibꝰ rebꝰ ſic ſignatis ſenſus ſpūalis vltimus accipiaẜ. vn̄ totū qḋ in expoſitiōe hoꝝ p̄ceptorū tradiẜ: ad ſenſum l̄ralē eoꝝ tm̄modo pertinet: ⁊ ſic cōiter de alijs preceptis moralibꝰ ve. te. ex multis alijs paſſibꝰ quos cā breuitatis omitto. In euāgelijs etiā multa tradūtur quibus nō dʒ aſſignare ſenſum myſticū ſed tm̄ l̄ralē: ſicut in his que tradūẜ vt precepta: vt cū Ioh. xiiij. ca. dr̄. Credite in deū ⁊ in me credite: ⁊ ſimilibꝰ. Silr̄ in his que dātur vt cōſilia: ſicut cū dr̄ Math. xix. Si vis pfectꝰ eē vade ⁊ vēde oīa que hēs ⁊ da paupibꝰ. in q̇bꝰ ⁊ ſilibꝰ nō ē querēdus ſenſus ſpūalis: q̇ ex rebꝰ ſignatis p voces accipiaẜ: ſed tm̄ ſenſus l̄ralis qui ex ſignificatiōe vocū accipitur: vt eſt manifeſtum. Similiter cum Lu. viij. c. Chriſtus interpretatur parabolam ſuam dicens. Semen eſt verbum dei ⁊c. manifeſtū eſt ꝙ illa verba interpretatiua nō oportet ꝙ habeant alios ſenſus ſpūales: cū ipſamet interpretatio ſit expoſitiua pabole p̄cedentis. Silr̄ epl̄e pauli que vna de p̄cipuis partibꝰ no. teſ. cenſeri debēt: p totū fere ſenſum l̄ralē tm̄modo habēt. Loquiẜ eīn ibi tanq; doctor vniuerſalis eccleſie exponēs ⁊ cōcordans vtrūq; teſtm̄. lʒ.n. in ipſis epl̄is ꝓfunda ⁊ difficilia ad fidē ptinētia: ⁊ ad vtriuſq; teſtamēti declarationē tradantur: nō tn̄ allegorice vel anagogice tradūtur: ſed tm̄ l̄raliter. ipſe eīn hyſtorialiẜ loquēdo ſeu l̄raliter oñdit de quibuſdā ſcripturis q̄uo ſint intelligēde in ſenſu ſpūali: vt cū Galath. iiij. ca. dicit d duobꝰ filijs abrahe que ſunt per allegoriā dicta. Nō ergo verba apl̄i ſunt allegoricāda ſeu moralizāda ⁊ hmōi: ſed potiꝰ enucleanda: vt ex ipſis veri ſēſus l̄rales extrahāẜ: ex quibꝰ diſcurſiue ꝓcedēdo multa magna ⁊ ꝓfunda inferūtur argumentatiue: ſicut in alijs ſcientijs humanis ex certis ⁊ veris p̄ncipijs multa diſcurſiue inferūtur: ꝑut pʒ in p̄ma parte. q. i. ar. viij. q̄quidē oīa ad l̄ralem ſenſum ptinentia quo recte deducūtur: ⁊ ſic pʒ ꝙ nō quilibet paſſus ſacre ſcripture quadruplici ſenſu ſit exponēdus. Sed ꝑut ſanctus Tho. notabiliter tradit. x. quotlibeto. q. xiiij. Sacra ſcriptura q̄nq; exponēda ē iſtis quatuor ſenſibꝰ: q̄nq; tribꝰ: q̄nq; duobꝰ: q̄nq; vno tm̄. vn̄ ea que ſm l̄ralē ſenſum ad facta vete. teſta. ſpectāt: pn̄t quatuor ſenſibꝰ exponi. ſilr̄ ea que ad l̄ram de chriſto capite dicūtur pn̄t expoī l̄raliter d chriſti geſtis. ⁊ allegorice referēdo ea ad corpus eius myſticū ⁊ moraliter ea referēdo ad actus nr̄os qui ſm ipſum debent regulari: ⁊ anagogice inq̄tū in ipſo chriſto eſt nobis iter glorie demōſtratū. illa aūt que ſm ſenſum l̄ralē dicuntur de eccleſia pn̄t exponi moraliter ⁊ anagogice. ea vero que ſm litterā moraliter dicūtur: nō cōſueuerūt exponi niſi anagogice. Illa vero que ſm ſenſum l̄ralem pertinēt ad ſtatū glorie: nullo alio ſenſu cōſueta ſunt exponi eo ꝙ ipſa nō eſt figura alioꝝ: ſed ab oībus alijs figurata: que quidē oīa ⁊ alia ad hoc pertinētia plenꝰ in predicta queſtione declarātur. Circa terciū ſcilʒ. An cuiuſlibet paſſus ſeu textus ſacre ſcripture ſit tm̄ vnꝰ ſenſus l̄ralis: ⁊ vr̄ ꝙ nō. Nā ſm Aug. in li. de vn. cre. ad ſenſum l̄ralē ptinēt tria. q̄ꝝ primū eſt: cū l̄ra ſimpliciter exponiẜ: ⁊ hūc dicūt ſenſum hyſtoricū. Scḋm ē ꝙ cā huius qḋ in l̄ra cōtineẜ aſſignaẜ ſeu exponitur quē ſenſum vocat ethymologycū. Terciū eſt: cū veritas illiꝰ littere oſtendiẜ veritati alteriꝰ ſcripture nō repugnare: quē vocat anagogicū. verbigr̄a: cū legiẜ Gen̄. ij. ca. Edificauit dn̄s deꝰ coſtaz quā tulerat de Adā in mulierē ⁊c. Senſus hyſtoricus illiꝰ dicti eſt cū ſimpliciter exponiẜ qḋ in l̄ra cōtineẜ. Senſus vero ethymologicus eſt: q̄n reddiẜ cā quare de latere viri formata ſit mulier ⁊ nō de alia parte corpis: ſimiliter quare dormienti ⁊ nō vigilanti ſubtracta ſit coſta: ꝑut tractaẜ in ſcḋo diſtinctione. xviij. Senſus vero anagogicus eſt: cū oſtēdiẜ ꝙ veritas huius dicti nō repugnat veritati alterius ſcripture: vbi dr̄ Gen̄. i. ca. de creatione hoīs: maſculum ⁊ feminā creauit eos. Ex qua l̄ra apparet ꝙ ſilr̄ in eodem tēpore fuerūt maſculus ⁊ femina humane ſpeciei creati ⁊ non ſucceſſiue ſic vt femina eſſet poſt creationē maſculi de latere eius ſubtracta. Sed bn̄ attendenti ex hac cōſideratione Aug. nō habetur ꝙ ſub ſenſu l̄rali cōtinētur tria genera expoſitionum ſic ꝙ quelibet illaꝝ ſit ſenſus l̄ralis ꝓprie. Sed p̄ma expoſitio ē tm̄ ſenſus l̄ralis. ſcḋa eſt redditiua cauſe ipſius l̄ralis ſenſus. tercia vero eſt ſolutiua cōtrarietatis illius. vn̄ ſcḋa ⁊ tercia expoſitio lʒ pertineant ad ſenſum l̄ralem eo ꝙ per eas magis perficitur ſeu elucidaẜ: nō tn̄ ſunt ſenſus l̄rales ꝓprie dicendi. De quibus tribus generibꝰ expoſitionū ad ſenſum l̄ralem pertinētiū pōt intelligi illud. ij. Eſdre. viij. vbi dr̄. Et legerūt in libro legis dei aperte ⁊ diſtincte: ⁊ appoſuerūt ad intelligendū. In hoc.n. qḋ dr̄ legerūt in libro aperte. poteſt intelligi ip̄a expoſitio l̄re: que eſt quaſi ianua omniū expoſitionū ſequētiū: ſine cuius apertione nō poteſt quis recte intrare ad alias expoſitiones. Cū aūt diciẜ. Et diſtincte. intelligiẜ ſenſus anagogicꝰ ab aug. noīatus: q: p ꝓprias ⁊ veras diſtinctiones ſoluūtur cōtrarietates que q̄nq; apparēt. In hoc aūt qḋ ſequiẜ. Et appoſuerūt ad intelligendū. pōt intelligi noticia cauſe legis ſeu hyſtorie: vel alicuiꝰ dicti ſacre ſcripture: cū.n. intelligere ſit intus legere: ille qui p cognitionē affectꝰ deuenit ad noticiā cauſe ꝓprie dr̄ intelligere: qui quidē ſenſus vocatur ab aug. ethymologicus. Sed vlteriꝰ attendendū ꝙ ſub quolibet genere predictaꝝ triū expoſitionū ad l̄ralē ſenſum vt dictum eſt pertinentiū: pn̄t eē multe ſpēs. pōt.n. nō ſolū vna cā: ſed plures cauſe vnius dicti aſſignari. ſilr̄ ⁊ nō ſolū vno mō ſoluere cōtrarietates ſed pluribꝰ vt manifeſtū eſt. Itē quātum ad ſimplicē expoſitionē ſcripture que ex primaria vocis ſignificatiōe conſurgit: manifeſtū ꝙ plures ſenſus l̄rales tradūtur nō ſolū ab expoſitoribus ſeu ſcriptoribus cōiter: ſed etiā a doctoribus ſanctis: vt pʒ Gen̄. i. in quo loco vt magr̄ dicit in ſcḋo. di. xiij. Quidaz ſanctoꝝ patrū qui verba dei atq; archana ſcrutati ſunt: quaſi diuerſa videtur ſcripſiſſe: ⁊ ſic pʒ ꝙ nō cuiuſlibet textus ſacre ſcripture ſit tm̄ vnus ſenſus l̄ralis. Si aūt dicaẜ ꝯ hoc: ꝙ lʒ diuerſi diuerſos ſēſus attribuāt alicui l̄re ſacre: nō tn̄ ex hoc ſequiẜ ꝙ ſint plures ſenſus l̄rales talis l̄re: ſed tm̄ ille eſt l̄ralis quē intēdit auctor. Ad hoc dicendū: ꝙ ſm ſanctū Tho. p̄ma parte queſtiōe. i. q: auctor ſacre ſcripture deꝰ ē: q̇ ſilr̄ oīa ſuo ſimplici itellectu ꝯprehendit: nō eſt incōueniēs vt aug. dicit in. iiij. confeſſ. ſi etiā ſʒ l̄ralem ſenſum ſacre ſcripture plures ſint ſenſus: qḋ intelligendum ē dū tales ſenſus ſint l̄re ꝯformes: ⁊ ꝙ determinatiōi eccľie ſeu recte rōni nō repugnēt: vt dictū ē. ſilr̄ ⁊ ꝙ ſint inuicē cōpoſſibiles. Cū aūt ꝯtingat duos ſenſus l̄rales ſecū incōpoſſibiles alicui ſacre auctoritati attribui: neceſſe ē dicere ꝙ tm̄ alter eoꝝ ē l̄ralis: ſicut cū Dan̄. x. de principe regni perſaꝝ tradiẜ a btō Gregoř. in moraľ. ꝙ eēt angelus bonꝰ qui regno perſaꝝ p̄ſidebat. alij vero dicūt oppoſitū: ⁊ ſic cōtingit in multis alijs. Itē attendēdū eſt ꝙ ſenſus l̄ralis ſacre ſcripture tāte capacitatꝭ ē ſeu v̄tutꝭ: ꝙ i eo cōtineẜ virtualiẜ oīa ad fidem ſeu bonos mores ⁊ virtutes pertinē

Universidad de Salamanca. BGH

tia. Uñ mgr̄ qui p̄m ſniās breui volumine cōpilauit: in cui⁹ voluminis expoſitione doctores poſtremi ſeu ſcriptores om̄ia quodāmodo theologica introduxerūt in hui⁹ ſenſus lr̄alis teſtimonijs totū ſuū opus fundauit. dicit.n. in ſuo ꝓlogo ſic. Uolumen deo preſtante cōpegim⁹ ex teſtimonijs veritatis in eternū fundatis. Cōſtat aūt ꝙ teſtimonia veritatis in eternū fundata ſunt teſtimonia ſacre ſcripture ſcḋm lr̄alem ſenſum ſūpta: ex quo ſenſu ſolo teſtimoniū pōt accipi ſeu argumentū ſcḋm aug. vbi ſupra. Sed circa hoc cōſiderandū ꝙ nō oīa que ſcḋm ſenſum lr̄alē ex ſacra ſcriptura habētur ſunt īmediata: ſic ꝙ ex primaria lr̄aꝝ ſignificatione intelligātur: ſed requirit̄ qn̄qꝫ additio alicuius veri: ex quo vero adiūcto ſenſui lr̄ali aliud veꝝ deducat̄: ſicut cū chriſt⁹ Lu. xx. ca. ex teſtimonio lr̄e dicētis. Deus Abrahā: deus yſaac: de⁹ iacob. cōcludit cōtra saduceos aliā vitā eē negātes hominū poſt preſentem: ſic arguens. Eſt deus mortuoꝝ vel viuoꝝ. q.d. cū ex ſenſu lr̄ali habem⁹ de deo ꝙ ſit deus abrahā ⁊c. Et rō dictat: ꝙ deus dr̄ eſſe deus reſpectu alicuius exiſtentis in reꝝ natura. ergo ſequit̄ ꝙ abrahā ⁊ yſaac eſſent in reꝝ natura: qḋ negabant ſaducei. Cōſtat aūt ꝙ hec cōcluſio nō deducit̄ ex ſenſu illius lr̄e. deus abrahā: deus yſaac ⁊c. niſi addat̄ alia ꝓpoſitio vera ſupradc̄a ⁊ ſic pꝫ intentū. Et pōt etiā cōtingere: ꝙ talis ꝯcluſio ex vna deductione vel pluribus ſucceſſiuis ex ſacra lr̄a cōcludat̄: ſicut contingit in ſcientijs ſeu artibus humanis liberalibus: ꝙ alique cōcluſiones ſtatim a primis principijs naturaliter notis deducuntur. Alie vero ex multis medijs inuicē ordinatis vt eſt manifeſtū. Senſus ergo litteralis verus qui ex primaria ſignificatione lr̄e cōſurgit dicendus eſt primus ſenſus lr̄alis. Alij vero ſubſequentes ſunt ſenſus ſecundarij quorum certitudo a certitudine primi ſenſus dependet: qui ſenſibus ſecundarijs eſt certior: ſicut prima principia naturaliter nota ceteris ab eis deducṫ certiora ſūt: quequidē cōſideratio attēdenda eſt in multis paſſibus ſacre ſcripture. Circa quartū. ſ. cū plures ſenſus de vna auctoritate ſacre ſcripture lr̄ales tradūtur quis illoꝝ alijs ſit preferēdus: dicendū ꝙ in hoc nō videtur ꝙ poſſit dari vnica regula generalis: ſed ſunt quedā certa hic cōſideranda preſuppoſitis his que ſupra ī articulo primo de ſenſu lr̄ali dicūtur. Primū eſt ꝙ ille ſenſus videtur preferendus cuius ſnīa magis initur rationi. Unde in decretis. di. xx. c. decretales. quo eñi quiſqꝫ magis rōni initit̄ eo maioris auctoritatis ei⁹ verba eē videtur. Itē ſenſus ille videt̄ alijs preferēdus eē qui magis cōſonat lr̄e. Uñ ſcḋm Augu. in. iij. de doctrina chriſtiana. Dubia ſunt determinādа ſcḋm ſnīam que ō ſcripturaꝝ planioribus locis accipit̄. Cōſtat aūt ꝙ planiora loca ſunt illa que planius littere cōſonant. Itē perferēdus eſt ceteris paribus ſenſus lr̄alis qui a ſanctis doctorib⁹ tradit̄ ceteris ſenſibus ab alijs expoſitorib⁹ traditis. vñ in decret̄ ca. allegato ī ſacraꝝ lr̄arum expoſitionibus ſancti doctores ſummis pōtificib⁹ preponūtur: ⁊ a fortiori alijs ſcriptorib⁹. Itē vbi duo ſenſus lr̄e habētur quoꝝ neuter repugnat eccleſie auctoritati nec recte rationi: vnus tñ̄ tradit̄ a catholicis ⁊ alius ab infidelib⁹: tūc preferēdus eſt ſenſus catholicoꝝ: tū qꝛ magis preſumendū eſt ꝙ illi q̄ in gremio eccleſie ſunt: cui chriſtus ꝓmiſit ſpm̄ veritatis: verū intellectū ſacre ſcripture habeant qꝫ infideles qui veritati fidei cōiter aduerſant̄: tum ne ad hoc det̄ infidelib⁹ occaſio credēdi: ꝙ ipi melius ſacram ſcripturā exponāt qꝫ catholici. Unde Leo papa in quadā ep̄la ad ep̄m alexādrinū dicit: ꝙ inimici crucis chriſti factis ⁊ verbis noſtris inſidiātur. ideo nullā eis vel tenuē occaſionē demus: qua ratione videt̄ ꝙ cū aliqua lr̄a ſacre ſcripture eodē mō exponit̄ a catholicis ⁊ ab infidelib⁹: tūc auctoritas tal' expoſitionis attribuenda eſt catholicis ⁊ nō infidelibus rōne p̄dicta: preſertim ſi talis expoſitio prius emanauit a catholicis: cuius cōtrariū reperit̄ aliquo mō in poſtil. ſicut pꝫ. j. Geñ. a. vbi q̄ritur: quare in ſcḋa die nō dr̄: ⁊ vidit de⁹ ꝙ eſſet bonū ſicut in alijs diebus: qꝛ tñ̄ vbi pluralitas ſenſuū lr̄aliū occurrit raro contingit ꝙ vnus p̄dictoꝝ ſenſuū ceteris precellat ſcḋm oīa dicta: ſed poti⁹ vnus illoꝝ ſenſuū precellit vno modo: ⁊ ali⁹ alio. Idcirco in talibus videt̄ habere locū illud ad Roma. xiiij. Unuſquiſqꝫ in ſuo ſenſu abundet: ſalua ſemper ſanctoꝝ reuerētia ⁊ auctoritate. Circa quintū. ſ. an ex quolibet ſenſu lr̄ali ſacre ſcripture poſſit ſumi efficax argumētū. dicendū ꝙ lꝫ a ſolo ſenſu lr̄ali ſacre ſcripture poſſit ſumi efficax argumentū: vt pꝫ per Aug. vbi ſupra. nō tamē ex quolibet ſenſu lr̄ali ſacre ſcripture ſumit̄ efficax argumētū: nā cū ſint multi textus in ſacra ſcriptura qui diuerſimode etiam a ſanctis doctoribus exponūtur: vt ſupra articulo tercio. ſequit̄ ꝙ ex nullo talium ſenſuum poſſet ſumi efficax argumentū: qꝛ ſic argueret̄ quaſi a diſiūctiua ad alterā parteꝫ. Uñ tamē ſi hmōi ſenſus diuerſi in aliquo cōcordāt: pōt ſumi inde efficax argumentū: ſaltem in hoc in quo cōcordāt: ſicut Dañ. ix. in cōputatiōe. lxx. hebdomadaꝝ. vbi lꝫ expoſitores taꝫ hebrei q̄ latini diuerſimode ſe habeant: nō ſolū in termino in quo hebdomade habent initiū. ſed etiā in ꝓgreſſu cōputationis: qꝛ tñ̄ ſcḋm oēs terminus vltim⁹ earū iam lōge tranſiuit in p̄teritū. ideo ex ipa auctoritate argumētū efficax ſumit̄ ad cōcludēdum chriſtū iam veniſſe: vt ibidē patebit. Ex quibus ſequit̄ ꝙ cū ſenſus lr̄alis ſacre ſcripture in quibuſdam locis nō ſit idē apud oēs. iō pōt cōtingere ꝙ ex aliquo ſenſu lr̄ali poſſet ſumi argumentū validū cōtra quoſdā: puta cōtra tenētes eūdem ſenſum lr̄alem: ex quo tñ̄ ſenſu non pōt ſumi argumentū validū cōtra alios. ſ. tenētes aliā expoſitionem ſeu ſenſum lr̄alem: quequidē diuerſitas ſepius cōtingit inter nos ⁊ infideles. Sunt.n. aliqui textus ſacre ſcripture quoꝝ ſenſus qui ē litteralis ⁊ verus apud catholicos nō ſufficit vt ex eo ſumatur efficax argumentū cōtra infideles ſeu hereticos: ſed ex hoc nō tollit̄ q̄n talis ſenſus catholicoꝝ ſit ver⁹ ⁊ lr̄alis apud catholicos cenſendus. verbi grā: cū pſalmiſta dicit. Uerbo dñi celi firmati ſunt ⁊c. Senſus ver⁹ ⁊ lr̄alis apud catholicos ē: ꝙ verbo dñi. id ē filio patris celi firmati ſunt quequidē expoſitio apud catholicos eſt quaſi neceſſaria: etiā conſona huic qḋ dr̄ Iohā. i. Et verbuꝫ erat apud deū: ⁊ omnia per ipm̄. i. per verbuꝫ facta ſunt. Sed ex hoc ſenſu nō ſumitur argumentū efficax ꝯ infideles nō recipientes euangeliū. Illi.n. nō cōcedunt aliquā eſſe diſtinctionē realeꝫ in diuinis ſic vt ſit aliqua diuina pſona eternaliter ꝓcedens ab alia per modū verbi mental'. vnde cū dr̄. Uerbo dñi celi firmati ſunt. Ipi dicūt ꝙ hic loquit̄ pſalmiſta more humano: ſicut cum de mandato alicui⁹ dñi aliqua fiunt: dr̄ ꝙ ſunt verbo eius facta. Sumit̄ tamē ex hac auctoritate argumentū validuꝫ apud fideles circa diſtinctionē perſonaꝝ in diuinis: ꝓut in p̄mo ſnīaꝝ di. ij. Ex quo ſequit̄ ꝙ catholicus exponēs hanc auctoritatē pſ̄. debet eā catholice exponere: non curās an ex ea poſſet ſumi efficax argumentū ꝯ infideles trinitatē negātes an nō: quia nō oꝫ ꝙ ex quolibet ſenſu lr̄ali argumentū ſumat̄ apud oēs: vt iā dictuꝫ eſt qḋ tñ̄ poſtillator in hoc loco ⁊ alijs nōnullis locis vr̄ obſeruare: vt in ſuis locis patebit. vr̄ eñi eſtimare ꝙ nō ſit ſenſus lr̄alis: niſi ille a quo ſumit̄ argumētū validū etiaꝫ ꝯ aduerſarios: qḋ tñ̄ nō eſt ſic intelligēdū vt dictū eſt. Circa ſextū. ſ. rñdēdo ad p̄ncipale queſitū vr̄ dicendū ꝙ ſenſus lr̄alis poſſꝫ cōpari ad alios ſenſus dupl'r. vno mō vniuerſaliter vel reſpectu totius ſacre ſcripture in cōi. Alio mō p̄ticulariter. ſ. ſcḋm quedaꝫ particularia loca ſacre ſcripture. ſi primo mō cōparet̄ ⁊ accipiat̄ ſacra ſcriptura ꝓut eſt p̄ncipaliter ſpeculatiua: tūc ſenſus lr̄alis ſcḋm vnā cōſiderationē eſt eiuſdē dignitatis cū alijs ſenſib⁹: ſcḋm vero aliā ꝯſiderationē eſt ceteris dignior. Ad qḋ ſciēdū ꝙ ſcīa ſpeculatiua dicitur alia dignior ex duob⁹. Uno mō ex dignitate materie: nā vt dicit pħs in. xi. de aīalib⁹. minimū qḋ pōt hr̄i de cognitiōe reꝝ altiſſimarū: deſiderabili⁹ eſt qꝫ certiſſima cognitio que habet̄ de minimis rebus: ⁊ ſcḋm iſtā cōſiderationē ſenſus lr̄alis: ⁊ ſenſus ſpūal' ſacre ſcripture cōiter accepti eiuſdē ſunt dignitatis. de eodem eñi tractat̄ ſcḋm vtrūqꝫ ſenſum. ſ. de deo ⁊ creaturis ꝓut in deū referūt̄ prima parte queſtione. i. Alio vero mō vna ſcīa dr̄ dignior alia ex certitudine ſcḋm quā illa ſcīa dr̄ dignior que certior eſt. ⁊ ſcḋm hāc cōſiderationē manifeſtū eſt ꝙ ſenſus lr̄alis ſit dignior cū ſit ceteris certior. Tota eñi certitudo alioꝝ ſenſuū ſacre ſcripture a certitudine ſenſus lr̄alis depēdet. vnde Auguſtin⁹ de doctrina chriſtiana. Nihil ē qḋ occulte in aliquo loco ſacre ſcripture traditur qḋ nō alibi manifeſte exponat̄. Cuius rō eſt: nā ſpiritualis expoſitio ſemꝑ dꝫ habere fulamentū ab aliqua lr̄ali expoſitiōe ſacre ſcripture: ꝓut in qḋlibeto ⁊ queſtiōe ſupra allegata plene traditur. ſi aūt cōpet̄ ſenſus lr̄alis ad alios ſenſus ſcḋm quedā particularia loca ſacre ſcripture ſic manifeſtū eſt ꝙ in plurib⁹ locis ſēſus ſpūalis eſt dignior: ex eo ꝙ de altiori materia tractat: ſicut cū legit̄ de Abrahā Geñ. xxi. ꝙ duos filios habuit ⁊c. qḋ exponitur ab ap̄lo Galath. iiij. ca. allegorice de duob⁹ teſtis: vbi pꝫ ꝙ ſenſus allegoricus ille dignior eſt q̄ ſenſus hyſtorialis illius lr̄e. ⁊ idē pꝫ de multis alijs. Si aūt accipiat̄ ſacra doctrina ꝓut comprehendit ſub ſe ſcīam practicaꝫ: tūc etiā ſenſus lr̄alis ⁊ ſpūalis duplici mō cōparari pn̄t. ſ. vniuerſaliter ⁊ particulariter: vt dictū



eſt. ſi primo modo: tūc ſenſus lr̄alis ⁊ ſpūalis eiuſdē ſūt dignitatis. Illa eñi ſcīa practica ſeu ars dignior eſt que ad vlteriorē finem ordinat̄: vt ciuilis militari: vt in. i. eth. Cōſtat aūt ꝙ finis vltimus totius ſacre doctrine inqꝫtum eſt practica ſiue ſcḋm ſenſum lr̄alem ſiue ſcḋm ſenſum ſpūalē eſt vn⁹ ⁊ idem. ſ. beatitudo eterna. Si aūt cōꝑet̄ ſcḋo mō. ſ. ſcḋm particularia loca: tūc manifeſtum eſt ꝙ in quibuſdā locis ſenſus ſpiritualis eſt dignior: tanqꝫ propinquior vltimo fini: vt pꝫ in multis preceptis cerimonialibus: ſicut cū dr̄ Deutro. xxv. Nō ligabis os bouis triturātis in area fruges tuas. qḋ exponit̄ ab ap̄lo. i. Coꝝ. ix. ſpūaliter oñdens ꝙ ſenſus preceptis illi⁹ lr̄alis modice vtilitat̄ eſt: de quo dicit. Nūquid de bobus cura eſt deo: an ꝓpter nos vtiqꝫ dicit: ⁊ ſic de multis alijs. Sūt etiā alie cōſiderationes quib⁹ ſenſus lr̄alis preeminet ſenſibus ſpūalib⁹: quaꝝ vna eſt ex pte extenſionis. ſenſus.n. lr̄alis extendit ſe ad quamlibet particulā ſacre ſcripture: quilibet eñi paſſus ſacre ſcripture hꝫ aliquē ſenſuꝫ lr̄alem. Senſus vero ſpūales nō ſe extendūt ad totā ſacrā ſcripturā: ꝓut pꝫ ex dict̄ in ſcḋo articulo. alia vero cōſideratio eſt ex parte vniuerſalitatis. Senſus eñi lr̄alis cōior ē ſeu vniuerſalior: qꝛ etiā rudes q̄ ad intelligibilia capiēda nō ſunt idonei: per ſenſum lr̄alem capiunt ſpūalia: ſaltē ſub ſimilitudinib⁹ corꝑalib⁹: ꝓut in p̄ma parte. q. i. ar. ix. Cōſtat aūt ꝓut in p̄mo ethicoꝝ dr̄: ꝙ bonū quāto vniuerſalius tanto diuini⁹. Ex hac igit̄ triplici ꝯſideratiōe: qua ſenſus lr̄alis ceteris ſenſib⁹ ſimpliciter ꝯpatus eſt dignior pōt quodāmodo accipi triplex rō ad cōmendationeꝫ huius poſtille. ſ. magiſtri Nicolai. Prima eſt ex parte ſenſus lr̄alis que ceteris modo p̄dicto ē dignior: hec eñi poſtilla inter alias que in cōem vſum venit magis intendit lr̄alem ſenſuꝫ ceteris ſenſib⁹ pretermiſſis ſeu valde modicū tactis: vt ipē dicit in ꝓlogo. Scḋa rō ex parte ſue extenſionis: fuerūt eñi alique poſtille ſolēnes de ceteris ſingularibus vel particularib⁹ libris diuine ſcripture: que ſe nō extēderūt ad oēs libros: hec vero ſe extēdit ad vtrūqꝫ teſtm̄ nihil inde p̄termittens. Tercia vero rō ex pte ſue vniuerſalitatis ſeu cōitat̄. hec eñi poſtilla ſaltē in his partib⁹ hyſpanie: ⁊ vt credo gallie cōior eſt ceteris citra gloſam ordinariā: ad iſtā eñi recurrūt nō ſolū theologi ſed etiā iuriſte ⁊ alij intellectū ſacre ſcripture planū hr̄e deſiderātes: ſed licet ex predictis trib⁹ hec poſtilla ſimpliciter ſit cōmendāda: ſunt tñ̄ alia tria quib⁹ videtur ſalteꝫ in aliquib⁹ locis minus ſufficere. Primū qꝛ expoſitiōes ſanctoꝝ ī pluribus locis irrōnabiliter vr̄ poſtponere ꝓprie expoſitiōi: ⁊ qn̄qꝫ etiā expoſitionibus hebreoꝝ: qḋ eſt incōueniēs: vt dictū fuit in quarto articulo ſupradicto: inter quos ſcṫōs doctores pluries videt̄ impugnare irrationabiliter ſanctū Tho. quandoqꝫ expreſſe: qn̄qꝫ tacite: cuius ſancti doctoris eloquia firmiter credo eſſe igne charitatis examinata ⁊ naturalis rōnis dictamine multipliciter purgata: a quo etiā ſancto doctore ipſe poſtillator multa frequēter accipit: lꝫ eū nō alleget niſi ſolū reprehēdēdo. Scḋm qꝛ in lr̄a hebraica ad quā pluries recurrit nō videt̄ fuiſſe ſufficiēter eruditus quaſi illā in puericia didiciſſet: ſꝫ de illa vr̄ habuiſſe noticiā quaſi ab alijs in etate adulta mēdicatiuo ſuffragio acquiſitā: quod multū refert in plurib⁹ ſacre ſcripture paſſib⁹: vt in ſuis locis patebit. Terciū qꝛ vt ipſe dicit in ſcḋo ꝓlogo inter doctores hebraicos maxime inducit. ra. Sa. qui inter eos rationabili⁹ ad declarationē ſenſus lr̄alis vt aſſerit fuit locut⁹: cuius oppoſitū eſt manifeſtū apud hebreos: qui lꝫ ipm̄ ra. Sa. reputant ſolēnē doctorē in thalmudicis: nō tñ̄ in his que p̄tinēt ad fidei ⁊ ſacre ſcripture expoſitionē ſed potius inter eos reputātur maiores ſeu ſolēniores in hmōi expoſitionib⁹. quidā alij vt Rabi Moyſes egypti⁹ gerūdinenſis. ⁊ rabi Abenhazra ⁊ alij ꝓut iam videbit̄. vt igit̄ predicta ⁊ quedā alia eluceſcāt qḋ valde vtile putat̄: cōſiderās vniuerſalitatē huius poſtille. ad quā etiam infideles qn̄qꝫ recurrūt: ⁊ multotiēs nō vt diſcāt: ſed poti⁹ vt reprehendāt. Nā vt dicit magr̄ in ꝓlogo diſſentiētib⁹ volūtatū motib⁹: diſſentiēs quoqꝫ fit animoꝝ ſenſus: cogitaui ex zelo diuine veritat̄ illā tranſcurrere: ⁊ vbi iuxta modū imbecillitatis nr̄e aliquid viſum fuerit additiōe egere: in marginib⁹ ſuꝑaddere: poſtillāqꝫ ipam cū additionibus tibi vt in p̄fatione dicebā donare: nō tñ̄ me putes vt corrigenter ſeu temerarie aſſerentē: qḋ abſit. ſed ſimpliciter tibi alijſqꝫ qui hoc legerint ꝓponērem diffinitionē tñ̄ eoꝝ que ꝑ me dicūtur: ⁊ ad ꝓbationē ſeu reprobationē humiliter ac euidēter relinquo determinationi ſacroſancte matris eccleſie ⁊ cuiuſcūqꝫ meli⁹ ſentientis. Cū aūt aliquā additionē hmōi legere volueris oꝫ vt prius videas ſnīam poſtille in eo paſſu ad plenū: nam quelibet additio ſnīam poſtillatoris in eodem loco ſupponit p̄intelligendaꝫ nec ignoro ꝙ nō oīb⁹ ſcꝫ q̄ forſan legerint hoc placebit opuſculum: ſed formido: vt iuxta Bernardū loquar me ob hanc rē multoꝝ fore indignatiōi obnoxiū: ⁊ qḋ aliq̄n ſuperflu⁹: aliq̄n iudicabor p̄ſumptor. Sed cū nō vt nou⁹ expoſitor auſus fuerim mittere manū: nec quicqꝫ poſt p̄res qḋ ſit ꝯ p̄res. q̄nimo ꝑ patrib⁹ vt arbitror ſcripſi: ſed potius modicū hoc qḋ videbis plano mō tradidi ꝓfundoꝝ myſteria p̄itiorib⁹ relinquēdo: ceſſat vt eſtimo preſumptionis reatus: ſuperfluitatis etiā viciū incurrere me nō credo: cū nō tam intendiſſem ſacrā exponere lr̄am: qḋ iam multi maioꝝ noſtroꝝ fecerūt qꝫ de eadē loquēdo ſumere occaſionē: tū vt ſeneſcentis etatis mee deuotionē excitarē: tū vt te ad ſtudia noſtra mouēdo in aliquo adiuuarē: tum etiā qꝛ tecum loqui delectabar hāc materiā latius vtiliuſqꝫ inter colloquendū honeſtā vtilemqꝫ putaui. Si quid tñ̄ ſuꝑfluitatis preſumptioni ſue: ⁊ ſi ego nō ſentio: tu forſan reperis. Solent eñi nōnunq̄ aliqua vicia preſertiꝫ ſpūalia a ſuis poſſeſſorib⁹ ignorari: que infinita clementia ſaluator dignet̄ ignoſcere: tu vero tolera patiēter: zelū poti⁹ q̄ effectū cōſiderans. Nūc aūt ad queſtionē ꝓpoſitā veniam⁹ rñdēdo ad argumenta. Ad primū dicendū ꝙ ap̄ls cū dicit: Lr̄a occidit: ſpiritus autē viuificat: nō intendit diſtinguere inter ſenſum lr̄alem ⁊ ſpūalē de quib⁹ hic agit̄. ſed inter legem veterē que fuerat data in lr̄is ſcriptis. ſ. in tabulis decalogi ⁊ in libris moſayce legis: ⁊ inter legē nouā que data fuit in ſpūſancto in cordibus ꝓut fuit ꝓphetatū Hiere. xxxi. ca. Uñ lex vet⁹ dr̄ lex lr̄e. ⁊ lex noua lex ſpūs. ⁊ qꝛ teſtm̄ vet⁹ cognitionē peccati dabat: ex qua augebat̄ concupiſcētia occaſionaliter ex malicia humana: que ſemꝑ nitit̄ in vetitū: non aūt dabat grām qua homo adiuuaret̄ ad implēda diuina precepta. idcirco dicit. Lr̄a occidit. ſ. lex lr̄e que occaſionaliter occidit mō p̄dicto. ſed lex noua que lex ſpūs dr̄ viuificat: inq̄tuꝫ eſt lex gratie qua hō adiuuat̄ ad implēda diuina p̄cepta. Ad ſecūdum dicendum ꝙ per ſenſum lr̄alem nō ſolam habet̄ hyſtoriarū. i. reꝝ geſtaꝝ ſed etiā que ſunt agenda: vt patet ex preceptis charitatis in quibus ſcḋm doctrinam chriſti tota lex pēdet. Similiter per ſenſum lr̄alem habentur que ſunt credēda: vt de vnitate dei. Deut. vi. ca. Audi iſr̄l deus tu⁹ vnus eſt. Et de trinitate pſonaꝝ vt Math. xxviij. Baptizātes eos in nomie patris ⁊ filij ⁊ ſpūſ ſancti: ⁊ ſic de alijs ad fidē ⁊ ſpem pertinētibus. vnde ſcḋm Tho. prima parte. q. i. arti. vlt. in rñſione ad primū arg. Nihil ſub ſpirituali ſenſu cōtinet̄ fidei neceſſariū: qḋ ſcriptura ꝑ lr̄alem ſenſuꝫ alicui manifeſte nō tradat. Et eſt ſnīa Aug. de doct. chriſti. hec ille. Uñ ex hoc ꝙ in quibuſdā locis ſacre ſcripture ſenſus lr̄alis ſolū geſta docet: nō ſequit̄ ſimpliciter ꝙ ꝑ ſenſum lr̄alem nō habeantur ea que ſunt de neceſſitate ſalutis credenda: agenda: ⁊ ſperanda. Ad terciū dicendū ꝙ fundamentū in ſpūalib⁹ ſepe dr̄ eſſe nobili⁹ ſeu digni⁹ q̄ edificiū. Chriſtus eñi qui ceteris ſuppoſitis eccleſie incōꝑabiliter dignior exiſtit fundamentuꝫ dr̄. vñ. i. Cor. iij. Fundamentū aliud nemo pōt ponere p̄ter id qḋ poſitū eſt qḋ eſt chriſtus ieſus: qḋ dr̄ ſcḋm ſimilitudinē: nā ſicut fundamentuꝫ in corporalibus ſuſtinet edificiū: ⁊ eſt prius eo: ⁊ ipſo deficiente edificium tendit in ruinam: ſic in edificio ſpirituali chriſtus ſuſtinet totum corpus eccleſie: ⁊ eſt prior eo dignitate ⁊ cauſalitate ſine quo edificiū eccleſiaſticū euacuaret̄. Similiter ſuo mō dicēdū eſt de ſenſu lr̄ali. ſ. ꝙ eſt fundamentū. ſ. reſpectu alioꝝ ſenſuū ſcḋm quādā ſil'itudinē: nā ſicut in edificio corporali fundamēto ſublato edificiuꝫ tendit in ruinā: ſic tot⁹ ſenſus ſpūalis ſacre ſcripture rueret ſenſu lr̄ali totaliter ſublato: cū ſenſus ſpūalis de his que ad ſalutē p̄tinēt fūdari habeat ī ſēſu lr̄ali: vt dictū ē. Ad quartū dicēdū: ꝙ ī ſacra ſcriptura m'ta tradūt̄ ꝑabolice ſeu methaphorice. ſ. ſub ſil'itudine reꝝ corꝑaliū. Et h̄ ꝑꝑ duo: p̄mo ꝑꝑ neceſſitatē. ſcḋo ꝑꝑ vtilitatē: qꝛ eñi debilitas cognitiōis noſtre que a ſenſu hꝫ initiū: diuina intelligere nō pōt: niſi varietate ſacroꝝ velaminū circūuelata ſcḋm Dyo. in. i. de ce. hierar. Idcirco neceſſe ē ꝙ ſub talibus ſimilitudinib⁹ diuina nobis tradāt̄: in quo etiam eſt quedā vtilitas: vt. ſ. rudes qui ad capiēda intelligibilia nō ſunt idonei ſaltem ſub ſimilitudinib⁹ corꝑalib⁹ ſpūalia ꝓponāt̄. vnde ſaluator Mat. xiij. c. poſtq̄ ꝓpoſuit ſil'itudinē dicens. Exijt qui ſeminat ⁊c. poſtea diſcipulus ait. Uobis datū eſt noſſe myſteriū regni. ceteris aūt in ꝑabolis ⁊c. Uñ ſcḋm Tho. in p̄ma parte. q. i. ar. vlt. in reſpōſione ad terciū ar. In talib⁹ ꝑabolicis locutionib⁹ ſeu metaph. ſenſus ꝑabolicus ſub lr̄ali ꝯtinet̄. Cui⁹ ratō



Universidad de Salamanca. BGH

eſt: nam per voces ſignificat aliq̄d ꝓpꝛe: aliquid figuratiue: nec in talibus eſt ſenſus lr̄alis ipſa figura ſed illud qđ eſt figuratum non ergo cū ſcriptura nominat dei brachium eſt lr̄al' ſenſus: quaſi in deo ſit mēbrum hmōi corporale: ſed illud qđ per mēbrū ſignificatur. ſ. virtus operatiua. Et idē dicendū eſt cū dr̄ deū deſcēdere ⁊ hmōi. ſcias ꝙ nō eſt ſenſus lr̄alis ꝙ de' moueat: ſed ꝙ ad modū deſcēdentis operet ꝓuidentiā ſuā rebus inferiorib' applicādo: ⁊ ſic pȝ ꝙ ſenſui lr̄ali ſacre ſcripture ex talib' locutionibus nūꝙ̄ pōt ſubeē falſum. Ad quintū ſciendū ꝙ ſi liber ſacre ſcripture de quo Ezech. ij. ⁊ Apoca. v. dicat ſcriptus foris rōne ſenſus lr̄alis qui dicit potentior: eo ꝙ per voces imediate ſignificatur: ⁊ dicat ſcriptus intus ꝓpter ſenſum myſticū ſeu ſpūalē qui ē latentior: nō tñ ex hoc ſequit ꝙ ſenſus lr̄alis ſit minoris dignitatis vniuerſaliter: ſed ſolum particulariter. ſ. vt in illis locis ſeu paſſibus ſacre ſcripture in quibus ꝯcurrūt duo ſenſus. vnus. ſ. ſpūal' qui de altiori materia tractat ſeu vtiliori: ⁊ alius lr̄alis qui tractat de rebus geſtis que ſunt minoris dignitatis: vt dictū fuit ſupra. Sed ex hac cōſideratiōe habet ꝙ ſenſus lr̄alis ſimpliciter loquendo ſit dignior: eo ꝙ eius noticia ſe extendit nō ſolū ad ſapientes qui myſtica intelligūt: ſed etiā ad rudes: iuxͣ illud ad Ro. i. Sapientib' ⁊ inſipiētib' debitor ſū. Ex quo manifeſte ſenſus ſacre ſcripture dr̄ intus ⁊ foris ſcriptus: etiā ſm ſenſum lr̄alē tm̄. Nā vt deductū fuit in tercio articulo hui' queſtionis de his que pertinēt ad ſenſum lr̄alē q̄dā ſunt intimiora ꝙ̄ alia. Ad ſextū dicendū ꝙ ſicut ſtudiū humanarū ſcientiaꝝ incipit a principijs naturaliter notis: ſic ſtudiū ſacre ſcripture recte ordinatū incipit ab articulis fidei diuinitus in ſacra ſcriptura reuelatis qui fūdātur in ſenſu lr̄ali ſacre ſcripture. Ex quib' articulis vna cū alijs in ſacra ſcriptura traditis ſeu p verā ⁊ rectā rationē inuentis ꝓceditur ad aliqua alia ꝓbanda: ſicut apl's. i. Cor. xv. ex reſurrectione chriſti arguit reſurrectionē cōmunē: ⁊ per iſtum ꝓceſſum deuenitur ad oīa que in ſacra theologia veraciter tradūtur: que oīa reducūtur ad ſenſum lr̄alem ipſius ſacre ſcripture vt dictum eſt. Ex quo patet ꝙ ſtudiū ſacre ſcripture incipit ab intellectu ſēſus lr̄alis ipſius primarie ſumpto: ⁊ terminatur in his que in eadem ſacra ſcriptura tradūtur vel deducūtur ex eis modo p̄dicto. Cetera aūt que ad ſenſum ſpūalem pertinēt fundam habēt in predictis vt dictū eſt. Ex quibus patet excellentia ſenſus litteralis in ꝙ̄tum in ea includūtur circa cognitionē diuinam que eſt p fidem tā illa que ſe habent in alijs ſcientijs vt intellectus. ſ. prima pn̄cipia: ꝙ̄ illa que ſe habent vt ſcientia. ſ. que deducūtur a principijs: ꝙ̄ etiā illa que ſunt de ſummis cauſis reꝝ que pertinent ad ſapientiam: vt in. vj. ethico. Illud autē qđ dicit apoſtolus Ro. i. Inuiſibilia dei a creatura mundi per ea que facta ſunt intellecta cōſpiciūt. ꝓprie intelligitur de his que cognoſcūtur de deo p creaturas vt philoſophi cognouerūt: vnde ibidē dicit. Qđ notū eſt dei manifeſtū eſt illis ⁊c. Ad ſeptimū dicendū ꝙ ex illa auctoritate Grego. non eſt intelligendū ꝙ ſenſus lr̄alis ſacre ſcripture. ſcilȝ. qui ab auctore intendit deficiat in aliquo loco: ſic vt vel falſum includat: vel quid penitus inutile. primū eñ eſſet īfirmare totā auctoritatē ſacre ſcripture: vt Aug. dicit. ſcđm contra apl'm ſic dicentē. Quecūꝗ ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinam ſcripta ſunt: ſed quia ſenſus lr̄alis acceptus a ſignificatione qua voces ſignificāt res q̄nꝗ deficit. in tali caſu dicit Grego. ꝙ redeūdū eſt ad ſignificationē qua res per voces ſignificare aliud vlterius ſignificant: qđ ptinet ad myſticā expoſitionē. Et in talibus ſenſus lr̄alis pn̄cipaliter intellectus ab auctore non eſt ille qui p ſignificationē vocū primarie intelligit: ſed potius ille qui vlteri' p ſignificationē reꝝ p voces ſignificataꝝ habetur. Cōtingit autem hoc in ſacra ſcriptura multipliciter. Primo in locutionibus parabolicis: vt dictū fuit in reſpōſione ad quartū argumentum. Iteꝝ cū ſcriptura loquēs de vno ad lr̄am tranſit ad aliud cuius eſt figura: vt patet in prima regula ⁊ vltima beati Iſi. que ponūtur in ſcđo ꝓlogo huius poſtille. Item cū aliqua hyſtoria ſm ſignificationē vocū tm̄ intellecta non inducit aliquā inſtructionē in fide ſeu in moribus vtilitatē: neꝗ etiā inducit ad aliquā honeſtatē in cōuerſatione humana: ſed poti' videtur aliquā ſpeciē mali inducere ſeu approbare. ⁊ ideo in tali hyſtoria requirēdus eſt neceſſario ſenſus ſm myſticā ſignificationem: accōmodus ⁊ vtilis ad aliquid predictoꝝ iuxta illud Iſa. xlviij. Ego dn̄s docens te vtilia. Et hoc inſinuāt verba Greg. in predicta auctoritate cū dicit. Cum ordo hyſtorie deficit. hyſtoria eñ ſacra ordinatur ad noſtrā doctrinā. cū ſm aūt in hoc ſm ſignificationē vocū deficiat: cōſtat ꝙ ordo hyſtorie deficit: ⁊ ſic ſine dubitatione redeundū eſt ad ſpūalem ſenſuȝ modo predicto: qui in talib' habendus eſt p lr̄ali: cuius exemplū habetur. iij. Reg. i. ca. in hyſtoria de abyſac adducta ad dauid in ſenectute ſua. ꝓut Hiero. ibidē notabiliter exponit. vide ibi in additiōe: ſcđa qui quidē defectus in ſenſu accepto ſm ſignificationē vocū tm̄ ſepe cōtingit in ſacra ſcriptura mō predicto. Unde in talibus locis recurrenduȝ eſt ad auctoritatem beati Grego. ſupradictam: que valde attendenda eſt.

Copia cuiuſdam lr̄e que cōtra determinationem predicte queſtionis a quodā magiſtro in ſacra pagina de ordine minoꝝ auctori additionū fuit miſſa.

Alme preſul: qui ⁊ alter ſymeon annoſus: famoſus ſtudio diuine legis: tuā emeritā ſenectutē obtuliſti quaſi ſacrificiū veſpertinū: in quo forſan reſpōſum accepiſti a ſpūſancto: nō te videre mortē niſi prius additiōib' declaratiuis declaratiōes lr̄ales vtriuſꝗ teſtamenti elucidares: quaſi in te eſſet vena vite ⁊ in lumine tuo lumē illius videret. idcirco tibi laus ⁊ honor in eccleſia ſanctoꝝ vt ceteris ſacram ſcripturā elucidātibus eſt conceſſus. Et qm̄ alme preſul: apex ⁊ paſtor: ſpeculū ⁊ agalma luciforme pēnalis introductio tui operis additiones nominati ad manus mei pauperis fratris minoris ſuſpirātis fama primo. ſcđo ſcriptura peruenit: in quo cernēs mētis tue rectitudinē cōplātatam ramuſculo bone nature legit quā interſerit paulus ad theſaurizandū patribus filijs nec min' terminū queſtionis: qua querit tua ingenioſa ſolertia dignitatē lr̄alis intelligētie abūdare alijs ſacre ſcripture ſenſibus: p cuius ꝓte cōtra octo rōnibus Achilleis fundamētū veritatis agitaſti nō modicū firmitatē eiuſdē ſolidādo: in eo honoris ꝟtuti debiti deciſionē aſſignando ſub numero ſenario: in quibus omnibus ⁊ ſi magna exuberat vtilitas. attñ nō ingenioſa ſubtilitas mentē reficit eleuatā: non ſatiat tue queſtionis determinatio affirmatiua cū ſua determinatio oppoſitū cōcludat. qm̄ ſicut adoratio imaginis nō ꝓpter imaginem ſed imaginatū fit: ſic reuerentia ⁊ honor lr̄e ꝓpter ſpm̄: ⁊ ꝓpter qđ vnūquodꝗ ⁊ illud potius. Honor eñ ⁊ reuerentia trāſit in ꝓthotypū nō vrna aurea māna plena: virga ⁊ tabule ꝓpter archā federis: ſed archa ꝓpter talia reuerenda erat. Quid interiora niſi ſpūalis intelligentia. Quid archa niſi lr̄a ꝓſpectatur. Quid ad hoc diſtincti' ezechielitica viſio manifeſtat: cū pulchrius iſta depingit ſub metaphora rote in medio rote. rota in medio rote. lr̄a grē in lr̄a legis: quibus nō cōcedit vitā ſed ſpūalem intelligentiaȝ cum ſubiūgit. Et ſpūs vite erat in rotis: hec eñ eſt vera vita quā verbū vite cecitati iudaice predicauit: cū dixit. Scrutamini ſcripturas ⁊c. nō ſatiat etiā primū deciſionis: nec ſcđm: nec terciū: nec quartū: nec quintū. ponit ſextū vbi agitur de cōparatione ſenſus lr̄alis ad myſticū ſenſuȝ inter quos cōparatio nō eſt poſſibilis ꝓpter gradus diuerſaruȝ ſpecieꝝ. extra qđ nō cōtingit cōparatio ꝓpter intenſionē gradualem ſpecifice nature. Quare ex his dependenter fallit motiuum triplicis cōſiderationis qua ſenſus lr̄alis alijs ſenſibus ſimpliciter cōparatus eſt dignior. ſ. ex parte extēſionis. fallit iſtud cum cūcta ſacra eloquia plena ſint diuicis ſacris. hanc longiorē extēſionē ſpūs ſupra lr̄am cognouit paulus cū dixit. Omnia in figura illis contingebāt: non ſolū ſcripta: ſed etiā quocūꝗ alio modo tradita: ⁊ ꝓpter hoc etiā fallit ſcđȝ. ſ. ex parte vniuerſalitatis quoniā quāto aliquid vniuerſalius tāto cōicabili'. ſenſus autē lr̄alis ꝓpter ſuā limitationē per doctores famoſos ⁊ ſignanter per doctorē irrefragabilē eſt incōicabilis. nō eñ diuiditur ſed bene myſticus multiplicatur. Et ponā multiplicationē doctoris: qm̄ inquit: aut refert mores: aut fidē: primo mō tropologicus. ſecūdo dupliciter. qm̄ vel fidem deitatis: vel' humanitatis. Si deitatis: anagogicus. Si humanitatis: allegoricus. Terciū autē etiā fallit: qm̄ dignitas iſtoꝝ ſenſuū attendit penes maiorē vtilitatē: que cōſequit maiorē certitudinē inꝙ̄tū eſt ex ſe. nō. n. certitudo ſpūalis intelligentie eſt ſpeculatiōis ſicut lr̄alis intelligentie ſed eſt certitudo experientie ⁊ ſm affectū: ⁊ per modū iuſtus: per ſpirationē ⁊ teſtimoniū ſpūſancti: ex quibus nō cōſurgit rō commendatiōis poſtille doctoris Nicolai. ſed cōſidēdo de tui benigna cōditione: cui me deuote cōmendo: eſtimo rōnem ſue commendationis cōſurgere ex oppoſitis adiectiuis: quibus Nicolaum tā immerite reprehēdere niteris. Cōmendat eñ quis ex ꝓpꝛio opere: quare ſn̄ias doctoꝝ poſtpoſuit quaſi impertinētes: vt auctorizaret opus ſuū eccleſie doctorib' a qua nō deuiauit. Nec ꝓbas ꝙ dicas verba ſancti Tho. eſſe igne charitatis examinata: cū in pluribus ſuis determinationibus ſint impugnata per plures ingenioſos theologos viros admirabiles: qui ſi in corpe ſcripſerint neſcio: deus ſcit. Cōmēdat ſcđo: ⁊ ſi nō a ꝓprietate ſermōis hebraici quē ñ ī lacte ſuxit ſȝ ñ ꝟitate ſn̄ie circa quā ñ errauit imiſcendo illā habitui theologico qui illuȝ lactauit. Cōmendat tercio in eo: ꝙ inter oēs doctores hebraicos ra. Sa. elegit: qm̄ īter oēs illū meliorē theologū inuenit. Iſta ſic indigeſta tue digeſte prudentie alme preſul ſcribo calamo breuiſſimo: ꝯmendans tue ingenioſe ſcientie defectus calami ignari. attñ deo teſte tibi nunc pluſꝙ̄ viuenti in ſeculo afficior: cū inter mortales ſis nūc virtuoſior: ⁊ tui reuerētia eēt mihi opus tuū aſſidua diligentia ſi occurriſſet mihi ſua pn̄tia: viue cū gratia vt viuas ſemꝑ in gloria.

Copia reſponſionis ad predictam epiſtolam.

Venerande religionis vir frater ⁊ amice chariſſime lr̄as tuas me recepiſſe recognoſco: ī quaꝝ exordio me alteꝝ Symeonē vocas: cui ī nullo me credo aſſimilari niſi ī ſenecta: vtinā vberi. Sed illaꝝ ꝓceſſu aliqualiter conſpecto te potius vocare poſſem alterū ſamaritanū: oleū eñ laudis cū vino reprehenſionis artificioſe ſatis attuliſti. De vtraꝗ aūt materia plus ꝙ̄ caſus requireret credo te attuliſſe. Nō enim talē actm̄ me ſentio qualē me ſcripſiſti: nec dicta mea dē quibus agitur: inꝙ̄tū ingenij mei modulus intelligere valet reprehenſione tua cōdigna reperio. Si tñ ſunt libenter correctionē recipiam Non. n. vanum nomen acquirere: ſed veritatē inquirere ꝓpoſiti mei eſt. Sed per hoc latius diſcurrēdo ꝙ̄tuȝ ad primū tuū beniuolū erga perſonā meā affectū a quo hmōi oleum emanaſſe concerno: gratū habeo: ⁊ graꝝ retributione eſtimo eſſe cōdignū. De ſcđo vero amplector libenter effectū. Ferrū eñ ferro acuit: ⁊ ꝯtrarioꝝ ſolutionib' veritas magis eluceſcit. Decreui aūt per ſingl'a argumenta tua diſcurrere: ⁊ oī rhetoꝝ flore depoſito verbis planis quibus in ſciaꝝ inueſtigationib' vti ſolemus ſingulis ꝓut mihi videbitur reſpōdere: obiectiua verba tua repetendo in locis ſuis: vt omni cōfuſione ſemota: ſinguloꝝ veritas apertius innoteſcat. Dicis eñ primo de queſtione mea in generali ſic. In quibus omnib' ⁊ ſi magna exuberat vtilitas non ingenioſa ſubtilitas mentem reficit eleuatā. Circa qđ nō modicū de tua diſcretione admiror. verba eñ que in ſacre ſcripture expoſitionib' magnā exuberāt vtilitatē: quid ſi non reficiant mentē eleuatā. Quidam eñ ꝓphetaꝝ ſcripſit. Ego dn̄s docēs te vtilia. Un̄ nō dixit ſubtilia ſeu ingenioſa. talia eñ que vt dicis mentē eleuataȝ reficiunt ſi ꝯ vtilia diſtinguātur: potius ptinere vidētur ad alta ſapere ꝙ̄ ad ſobrietatē. Conſequēter dicis ꝙ nō ſatiat te queſtiōis determinatio affirmatiua ⁊c. Ex quo videt ꝙ nō vidiſti: vel' forte non attente conſideraſti determinationē meā ſpāliter in ſexto articulo rn̄ſali: vbi manifeſte habet ꝙ deciſio ſeu determiātio mea nō fuit affirmatiua ſimpliciter ſed diſtinctiua. Sunt eñ ibi tres diſtinctiones: ſm quaꝝ vnam ſenſus lr̄alis p̄eminet. ſm aliam vero eſt equalis dignitatis: ⁊ ſm aliaȝ etiā minoris dignitatis ꝙ̄ ſenſus ſpiritualis. Cōſequēter dicis ꝙ reuerentia ⁊ honor littere eſt ꝓpter ſpiritū: q: ꝓpter qđ vnūquodꝗ ⁊ illud magis. i. poſterioꝝ. Ex quo conaris cōcludere: ꝙ ſenſus lr̄alis honorat ꝓpt̄ ſpūalem: ad qđ deducis exemplū de archa federis cui honor debebat ꝓpter cōtenta in ea: ⁊ non ecōtra. Frater mi chariſſime mihi videt te hic inuoluiſſe ſn̄ias. Si eñ per hoc ꝙ dicis lr̄a intelligis characteres in tabulis expreſſos: ⁊ p ſpm̄ intelligis ſenſum per eos ſignatū vtiꝗ cōcedit tibi. ſed nihil facis cōtra me argumentando. Nā ſenſus lr̄alis eſt qui p̄mo per lr̄am intelligit. ⁊ iō ſcđo ei debet honor: ⁊ poti' ꝙ̄ lr̄e materiali. Si aūt p hoc ꝙ dicis lr̄a intelligis ſenſum lr̄alem: ⁊ per ſpm̄ ſenſum myſticū ſeu ſpiritualem: ſic diſtinguendū eſt. Nam in quibuſdā locis ſacre ſcripture: vt in hyſtorialibus ve. teſta. ſeu cerimōialibus ⁊ huiuſmodi: dignior eſt ſenſus myſticus ꝙ̄ lr̄alis: vt in ſexto articulo reſpōſali queſtionis predicte fuit oſtenſum ⁊ in talibus pōt habere locum exemplū predictū de archa federis. In alijs vero locis vbi ſenſus lr̄alis ſolus ſm Aug. inquiritur: exemplū predictū nulluȝ videtur habere locū: vt patet in materia ꝓpria de qua loqueris: in tabulis eñ teſti que in archa federis cōcludebātur: nihil aliud cōtinebat niſi precepta decalogi: queꝗ deȝ p̄cepta nō exponūtur principaliter ſeu cōiter niſi ſm ſenſum lr̄alem: ad quem oēs expoſitiones eoꝝ ꝙ̄tumcūꝗ multiplices reducūtur. Cōſequenter deducis viſionē ezechielis de rota in medio rote ad tuū ꝓpoſitum oſtēdendū: qđ manifeſte vr̄ nō valere. Si eñ hanc viſionē allegas ſm lr̄alem ſenſum interroga magiſtrū Nico. qui lr̄alem ſenſum maxime ſequit: ⁊ dicet tibi ꝙ per quaternū numerū aīalium ⁊ rotarum in viſione ezechiel' intelligit quaternarius regnorum ſuccedentiū. ſ. Chaldeoꝝ: perſaꝝ: grecoꝝ: ⁊ romanoꝝ. ⁊ ſic auctoritas tua ſm lr̄alem ſenſum nihil facit cōtra me. Si aūt eam allegas ſm ſenſum ſpiritualē. vide Greg. qui hāc viſionē in homel'. ſuis ſuper Ezech. elegāter expoſuit: q̄ rotā in medio rote nouū teſtamētū in medio veteris expoſuit. Cōſtat aūt ꝙ in vtroꝗ teſtō ⁊ p ꝯn̄s in vtraꝗ rota inuenit ſenſus lr̄alis ⁊ ſpūalis. Sȝ dicis lȝ in vtroꝗ teſtō inuenit ſenſus lr̄alis ⁊ ſpūalis: vita tñ nō cōcedit niſi ſpūali intelligentie: cuȝ ſubdit. Et ſpūs vite erat in rotis. Audi rogo ſi per ſpūalē intelligentiā ſolū intelligeres ſpūalē ſenſum ſeu myſticū excluſo ſenſu lr̄ali manifeſte deuiares a veritate ſacre ſcripture. Cōſtat eñ ꝙ oīa que de neceſſitate ſalutis tradūt credenda ſeu agēda in ſacra ſcriptura: ſub ſenſu lr̄ali reperiūtur. Myſteriū eñ ſūme trinitatis ⁊ vnitatis: qđ inter credēda ſūmū tenet locū: in auctoritatib' ſacre ſcripture ſm ſenſum lr̄alem intellectis fundat. Un̄ Aug. tractās de ordine ſeruādo cū de trinitate agit in quarto libro de trinitate ſic dicit. primo ꝯ auctoritates ſacraꝝ ſcripturaꝝ: vtꝝ fides ita ſe habeat demonſtrādū eſt. deinde aduerſus garrulos ⁊c. Cōſtat aūt ꝙ auctoritates ſacraꝝ ſcripturaꝝ: q̄ nos obligāt ad credēdū in myſteriū ſancte trinitat' ſūt ille: que ſm ſenſum lr̄alē hoc dicūt. tm̄mō eñ a talibus ſumit efficax argumentū ſm eundē Aug. de doc. chriſtiana. Un̄ oīa teſtimonia que a mgr̄o in. i. diſt. ij. ad hoc myſteriū fundādū deducūtur: intelligūtur ſm ſenſum lr̄alē: vt ibidē pȝ. De myſterio aūt incarnatiōis verbi in cui' agnitiōe vita eterna cōſiſtit. Un̄ hec ē vita eterna vt cognoſcāt te deū. ⁊ quē miſiſti filiū tuū ⁊c. manifeſtū ē ꝙ oīa circa hoc de neceſſitate ſalutis credēda: in ſenſu lr̄ali pn̄cipaliter tradūtur: vt cū de incarnatiōe dr̄. Uerbū caro factū eſt. qđ ſm ſenſum lr̄alē incarnationē verā ſignificat. Et cū de morte dr̄. Clamās voce magna expirauit. ⁊ ſic de alijs circa humanitatē chriſti credēdis que oīa in ſenſu lr̄ali inueniūt. Idē de creatione mūdi ⁊ alijs articulis fidei qui nobis ꝓponantur credendi. q̄ omnes ſub ſenſu litterali inueniuntur. ⁊ ideo habet vim interlocutoriam: vt dictū ē. De his ꝟo que agēda ſunt de neceſſitate ſalutis ſolū accipio illa duo manifeſta: in quib' tota lex pendet ⁊ ꝓphete: ſm teſtimoniū ſaluatoris. ſ. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde ⁊c. Et diliges ꝓximū tuū ſicut teipm̄. iſta. n. mādata nō habent niſi ſenſum lr̄alem. Nō. n. hoc loco res ſignificate p vocē deus: ſeu per hāc vocē ꝓximus. ⁊ p hāc vocē diliges: vlteri' alias res ſignificāt a quib' reb' ſignificat ſenſus ali' accipiat: vt ē manifeſtū. Et attende ꝙ nō ſolū p̄dicta q̄ de neceſſitate ſalut' ſūt agēda: ſȝ etiā illa que ad ſtatū ꝑfectionis ptinēt. ⁊ que vt ꝯſilia dātur: habētur p ſenſum lr̄alē: vt cū dr̄. Si vis ꝑfect' eē: vade ⁊ vēde oīa que habes ⁊ da pauperib'. In quib' verbis ſm ſenſuȝ lr̄alē intellectis: intelligūtur oīa illa que ad ſtatū ꝑfectōis ptinēt vt ē manifeſtū. Itē doctrina ſacroꝝ eccl'e quib' grā iuſtificās datur ſeu auget: quero p quē ſenſum dat nobis in ſcripturis: p lr̄alē ſeu myſticū: nō ē dubitabile ꝙ p lr̄alem. Cū eñ dr̄. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit ⁊c. ſm ſenſum lr̄alem inſtitutio ſacramēti baptiſmi intelligit. Sil'r cū dr̄. Caro mea vere eſt cib': ⁊ qui māducat meā carnē ⁊c. ſm ſenſum lr̄alē dictoꝝ hmōi habet virtus ſeu efficacia ſacrī eucharíſtie. Sil'r p ſenſuȝ lr̄alē hmōi dicti. Cōfitemini alterutrū peccata vr̄a. ſacrm̄ penitētie ītelligim'. Quis ergo ſane mentis audeat dicere ꝙ in ſenſu lr̄ali nō ē ſpūs vite: cū in eo oīa credēda ⁊ agēda ad vitā ſpūalē ptinētia tradant. Sȝ forte diceres ꝙ oīa p̄dicta etiā habēt in ſenſu myſtico: nā p ſēſuȝ allegoricū habētur ea que ſunt credenda: ⁊ p tropologicū q̄ ſunt agēda ⁊c̄. Ad qđ dicendū ꝙ nihil ſub ſenſu ſpūali cōtinet fidei vel morib' neceſſariū: qđ ſcriptura alicui p lr̄alē ſenſuȝ nō manifeſte tradat. vn̄ Aug. ad vincētiū doatiſtā. Quis aūt nō imprudentiſſime nitat aliq̄d in allegoria poſitū p ſe adducere: niſi habeat etiā manifeſta teſtimonia quoꝝ lumīe illuſtrēt obſcura. Sȝ vlteri' de ſenſu myſtico videris dicere ſic. Hec eñ ē vera vita quā



Universidad de Salamanca. BGH

verbū vite cecitati iudaice ꝑdicauit: cum dixit. Scrutamini ſcripturas in quib⁹ putatis vos vitā eternā habere: ꝑ hec tua ṽba ſentio te eſtimare: ꝙ ꝑ ſcrutiniū ſcripturaꝝ a chriſto ꝓceptū iudeis intelligit̄ eis mādare vt de ſacris lr̄is educerent ſeu extraherēt ſenſum ſpūalē ſeu myſticū. qḋ ſalua pace dixerim nullā cōtinet veritatē. Audeo eñ tibi dicere frat̄. Scrutare oīa ſacra euangelia dei: ⁊ nō reperies chriſtū allegaſſe auctoritatē aliquam ſacre ſcripture vel diſcipulis erudiēdis: aut iudeis ꝯdicētibus: ſeu etiā dyabolo tēptanti niſi ſub ſenſu lr̄ali intellectā. Vñ ⁊ mgr̄ Nicola⁹ hec recte cōſiderās in tota poſtilla ſua ve. te. vbi occurrit aliquis textus allegat⁹ in nouo a chriſto vl̄ a diſcipulis ſemꝑ exponit eū ƀm ſenſum lr̄alem: intantū ꝙ etiā illud pſ̄. Lapidē quē reprobauerūt edificātes: hic factus eſt in caput anguli: exponit intelligēdū eē ƀm ſenſum lr̄alem de chriſto: eo ꝙ chriſt⁹ iudeis illū textuꝫ de ſeipſo allegauit. Similiter oēs auctoritates vete. teſta. quas apl̄s allegat ad hebre. i. ad ꝓbandā diuinitatē chriſti ⁊ alia ei⁹ myſteria conat̄ eos reducere ad ſenſum lr̄alem quātūcūqꝫ prima facie habeant aliā apparentiā: qḋ eſt neceſſariū ad hoc ꝙ ſint efficaces ad cōcludendū intentū: ⁊ ſic in locis alijs quibuſcūqꝫ totius poſtille. Ex quo cōcludit̄ ꝯ te: ꝓ̄ pos eñ ſenſus mādabat chriſtus ſcrutari: de quib⁹ ipſe quotidie dicebat: ꝑdicabat: ſeu diſputabat q̄ ſunt tm̄mō lr̄ales vt dictū ē: ⁊ iō illud ṽbū chriſti. Scrutamini ſcripturas. qḋ ꝓ te allegas ƀm magr̄m ꝑdictū exponit̄ ꝺ myſterijs chriſti que in ſacris ſcripturis intellectis reperiūt̄. Dixit eñ ſuꝑ ꝑdcō ṽbo. ſ. ſcrutamini ſcripturas: Johānis. v. ſic ſcriptura vet. te. deſignat tp̄us aduent⁹ ei⁹. Geñ. penl̄. Non auferet̄ ſceptrū de Juda. ⁊ Dañ. ix. vbi determinat̄ aduēt⁹ ſanctiſanctorū ſub numero certo hebdomadaꝝ. Determinat etiā locū natiuitatis. Miche. v. Et tu bethleē. Determinat etiā modū naſcendi Iſa. vij. Ecce virgo cōcipiet. Et modū cōuerſandi zach. ix. Ecce rex tuus venit tibi. Et modū moriēdi. Iſa. liij. Sicut ouis ad occiſionē ducet̄ ⁊c. Et breuiter oīa chriſti myſteria in ve. teſt. inueniūtur expreſſa: ⁊ in chriſto cōpleta: hec ille. Cōſtat aūt ꝙ omes auctoritates predicte allegate ꝑ poſtillatorē ƀm ſenſum lr̄alem ꝑdcā myſteria ſignificāt. Et ſic pꝫ ꝙ cū dr̄. Scrutamini ſcripturas: referendū ē ad ſenſum lr̄alē qḋ ē intētū: ſed forte dices ꝙ ſenſus lr̄alis nō indiget ſcrutinio: cū ex ſignificatis ꝑ vocē accipit̄: ⁊ ſic ſtatim offert ſe intellectui cū modico ſcrutinio ſeu ratiōis indagine. vñ de hoc ſupfluū videret̄ cecitati iudaice chriſtū ꝑdicaſſe. Scrutamini ſcripturas: cū ipi de hoc ſenſu ſatis edocti fuiſſēt. Nō ſic frater mi: nō ſic. Senſus eñ lr̄alis ſacre ſcripture licꝫ ex ſignificatis ꝑ vocē accipiat̄: vt dicis. multi tm̄ in ei⁹ intentiōe vl̄ acquiſitiōe errauerūt: tā in veteri qꝫ in nouo teſtō. Cui⁹ rō eſt: nā ſicꝫ de vijs dñi que ſunt ei⁹ ꝓcepta ſeu cōſilia legit̄ ꝑ ꝓphetaꝫ. Recte ſunt vie dñi: ⁊ iuſti ambulabūt in eis: preuaricatores aūt corruerūt in eis: ſic in ſenſu lr̄ali ꝯtingit. ſ. ꝙ lꝫ ſit rect⁹. i. planior. ⁊ iuſti. i. hñtes lumē fidei: ābulabūt i eis. ſ. iterꝫ ⁊ ſignificatꝫ ꝑ ſenſū lr̄alē fide adherēdo. ꝑuaricatores tm̄. ſ. carētes hmōi lumie. ſ. fidei: corruerūt in eis. In ve. te. iudei chriſto cōtemporanei circa hmōi ſenſum lr̄alē multipliciter errabāt: ſicut ⁊ moderni prioꝝ ſuoꝝ errorē ſequētes: vt in multis locis euāgelij patet. Vñ in ꝓceptis decalogi que ſunt ꝑncipalia inter legis ꝓcepta intātū errabāt: ꝙ ꝑ ꝓcepta de obſeruatiōe ſabbati intelligebāt ꝓhiberi ad lr̄aꝫ: ne q̄s in ſabbato ꝓximū ſuū curaret: qḋ ē inhumanū: ꝺ quo ꝯfutabat eos chriſt⁹ oſtēdēs ꝙ lꝫ i ſabbatꝫ bñ facere dicēs. Quis ex vobis q̄ hꝫ vnā ouē: ⁊ ſi ceciderit in ſabbatꝫ ⁊c. Sil̄r in homicidio non intelligebant ꝓhiberi niſi occiſionē corꝑis humani: q̄b⁹ aperuit dñs ſenſum aſſerēs oēꝫ iniquū motū ad nocēdū fratri in homicidij genere debere cōputari. Hoc idē declarat Aug. cōtra fauſtū de oīb⁹ illis de quib⁹ dr̄ in euāgelio. Audiſtis q: dictū ē antiquis Errabāt etiā circa ꝑncipiū de honoratiōe parentū irritū facientes dei mādatū ꝓpt̄ traditionē ſuā vt teſtificat̄ Mat. xv. ⁊ Mar. vij. Qua rōne oñdit ꝺ eis dcm̄ fuiſſe ꝑ yſa. ppl̄s hic labijs me honorat ⁊c. Suꝑ quo ⁊ alijs errorib⁹ quib⁹ adherebāt in ſenſu lr̄ali ſacre ſcripture deficiētes: de eis ibidē cōcludit. Ceci ſunt duces cecoꝝ. Vñ cecitas iudaica quā chriſt⁹ reprobat: circa falſuꝫ intellectū ſenſus lr̄alis ꝯſiſtit: pꝫ etiā hoc ꝑ ꝑdictas auctoritates ve. teſta. quas poſtillator allegauit ſuꝑ illud ṽbū. Scrutamini ſcripturas: que quidē auctoritates ƀꝫ veꝝ ſenſuꝫ lr̄alē myſteria chriſti ſignificāt: vt ſupra dictū ē: quē quidē ſenſum lr̄alē iudei multiphariē ꝑuertētes veritatē fidei ꝑ eas expſſam nō verent̄ negare. Vñ recte eis dr̄. Scrutamini ſcripturas. i. diligēter attēdite veꝝ

ſenſum lr̄alē in eis ꝯtentū. Itē attēdēdū ꝙ q: inter ꝑdictos errores periculoſior erat error circa cognitionē chriſti circa quā pertinaciſſime ſe habebāt. Teſtat̄ eñ Lucas ꝙ cū eis ſemel i ſynagoga illud yſa. Spūs dñi ſuꝑ me: ꝓpter qḋ vnxit me euāgelizare paupibus ⁊c. exponeret de ſeipſo fuiſſe dictū finaliter: eiecerūt illū ex ciuitate vt ꝑcipitarēt eū: merito igit̄ talib⁹ chriſtus dicebat. Scrutamini ſcripturas: q: ſi taliū ſcripturaꝝ ſenſum lr̄alē veruꝫ habuiſſent: teſtimoniū veꝝ inueniſſent de chriſto. ⁊ iō ſubiungit. Ille ſunt q̄ teſtimoniū ꝑhibēt de me: teſtimoniū autē a ſacra ſcriptura nō habet̄ certū niſi ex ſenſu lr̄ali: vt Aug. in multis locis teſtat̄. Idē pꝫ in nouo teſta. Nā ſi arrius veꝝ lr̄aꝝ ſenſum habuiſſet hui⁹ dicti. Ego ⁊ pr̄ vnū ſum⁹. hanc aūt vnitatē intelligendo in diuina natura. Sil̄r illi⁹ dicti: pater maior me eſt. veꝝ intellectū habuiſſꝫ intelligēdo maioritatē reſpectu nature aſſumpte: nō corruiſſet in hereſim ſuā dānatā: ſed q: ꝑdicta aliter intellexit ad lr̄am qꝫ catholici ſpūſancto illuminati intellexerūt: lapſus eſt in laqueū. Et ſic pꝫ ꝙ circa verū intellectū lr̄alem euāgelij ꝑdictus error cōſiſtit: ⁊ ſic intelligēdū ē de alijs ex quo pꝫ intentū. Ulterius dicit ꝙ nō ſatiat te primū decaſiōis: nec ſcḋꝫ: nec terciū: nec q̄rtū: nec quintū. Circa qḋ ſi oñdiſſes rōnē tue inſatietatis forte ſatiſfieret tibi: ſꝫ q: ꝓtermiſiſti aſſignare rōnē: nullā tibi do rn̄ſionē niſi ꝙ cauendū ē ab inſatiabilitate cordis que in ſacris ſcripturis reprobat̄. Circa ſextū: q: ibi declaraſti mentē tuā: merito rn̄dēdū ē tibi. Dicis ꝑmo ꝙ inter ſenſum lr̄alē ⁊ myſticū nō ē poſſibilis cōparatio: qḋ valde irrōnabiliter dictū reputo. Tū q: tu ipſe ꝑdictos ſenſus ꝯparas adinuicē. aſſeris eñ ꝙ ſenſus myſticus eſt dignior: ⁊ ꝑ cōſequēs ſunt cōꝑabiles ꝑ te. Tū q: null⁹ rōnabiliter negāre poſſet creatorē eē digniorē creatura. Diſtantia autē inter creatorē ⁊ creaturā excedit quācūqꝫ diſtantiā inter res creatas: vt eſt manifeſtū. Tū etiā q: iſti duo ſenſus de quib⁹ agimus ſunt ſpecies ſub genere expoſitiōis ſacre ſcripture cōtente: vt patet ꝑ oēs doctores de hoc loquētes: vt Bedā: Aug. ⁊ alios. Nihil. n. ꝓhibet: ꝙ ſicut dicim⁹ ſpeciē humanā eē digniorē brutali ſeu irrationali: ſic ꝙ vn⁹ ſenſus ſacrā ſcripturā exponēdi ſit altero dignior. Cōſequēter q: dixerā in cōcluſiōe ꝙ ſenſus lr̄alis eēt dignior ex pte extenſionis: eo ꝙ quelibet ꝓpoſitio ſacre ſcripture hꝫ ſenſum lr̄alē veꝝ. Senſus vero myſtici nō ſe extendūt ad totā ſacrā ſcripturā: ꝯ quos dicis ſic. Fallit iſtud cū cuncta ſacra eloquia plena ſint dñicis ſacramētis: hic videris inuoluere ſnīas ꝑ acceptionē hui⁹ dicti ſacramentū: ſi eñ acciperes ſacr̄m ꝓprie vt ſignificet ſacra noue legis: ⁊ ēt veteris: ſic falſum aſſumeres: multa eñ ſūt eloq̄a diuina in quib⁹ nulla fit mentio de ſacr̄is: i quocūqꝫ ſenſu talia eloquia ſumātur. Si aūt ꝑ ſacr̄m intelligas ſacrū ſecretū vt ꝑ hoc intelligat̄ ſenſus myſtic⁹ ſic etiam aſſumeres falſum. Oſtēſum ē eñ in ſcḋo articulo q̄ōnis de qua agit̄ ꝙ ſūt multa in ſacra ſcriptura in quib⁹ ſol⁹ ſenſus lr̄alis ē querēdus. ⁊ eſt ſnīa Aug. ſuꝑ Geñ. ad lr̄am. ſi aūt ꝑ ſacr̄m intelligis quācūqꝫ ſacrā doctrinā: ſic verū dicis: ſed nihil facit ꝯ me: q: i illis paſſibus in quib⁹ ſol⁹ ſenſus lr̄alis querēdus ē: ſunt multa ſacra documēta de fide ſeu morib⁹ ꝓut deductū fuit ſupra: ⁊ ſic pꝫ ꝙ extēſio ſenſus lr̄alis ſtat in ſuo vigore: ſed ad ꝓbationē tui aſſūpti. ſ. ꝙ ſenſus myſtici extendāt̄ ad totā ſacrā ſcripturaꝫ ſic allegas. Hāc extēſionē ſpūs ſupra lr̄am cognouit paulus dū dixit. Oīa in figuris cōtingebāt illis: nō ſolū ſcripta ſed etiā quocūqꝫ alio mō tradita. Hec auctoritas pauli ſi bñ attēdas nihil facit ꝯ me loquit̄ eñ ibi de geſtis ppl̄i tm̄ ſub antiquo teſtō degētis quoꝝ vita erat ꝓphetica. Vñ narratis in eodē capl̄o quibuſdā eoꝝ geſtis: tā in trāſitu maris q̄ ſub nube ⁊ hmōi: cōcludit. Hec autē oīa cōtingebāt illis in figura. Nō. n. dixit: ſolū oīa ꝯtingebāt ſꝫ cū hac additiōe. Hec aūt oīa: vt oñderet ſe de illis ⁊ ſilib⁹ tm̄mō loqui. Sil̄r nō dr̄ ꝙ oīa dicebātur illis in figura: ſed cōtingebāt in quo manifeſte oñdit ꝙ loquit̄ de geſtis cōtingētib⁹: nō autē reuelatis ſeu ꝓceptis eiſdē. Nūq̄d qḋ dr̄ in veteri lege. Audi iſrl̄ de⁹ tu⁹ vnus ē: cōtingebat eis in figura: vel ꝙ dr̄. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo ⁊ hmōi. ⁊ ſic de ſilibus. Abſit. ibi eñ ſolus lr̄alis ſenſus ē querēdus ƀm ſnīam Augu. Et ex hac cōſideratiōe clari⁹ pꝫ ꝓeminētia ſenſus lr̄alis ƀm extenſionē. extēdit eñ ſe ad auctoritates notabiliores ⁊ excellētiores ſacre ſcripture: de quib⁹ dictū ē ſupra: in quib⁹ auctoritatib⁹ myſtic⁹ ſēſus nō hꝫ locū. Cōſequēter dicis ꝙ ſenſus lr̄alis nō eſt vniuerſalior: q: quāto aliq̄d ē vniuerſali⁹ tāto cōicabili⁹: ſꝫ ſēſus lr̄alis pp ſuaꝫ limitationē ⁊ ſignāter ꝑ doctorē irrefragabilē ē incōicabilis: eo



ꝙ nō diuidit̄: ſed bene myſtic⁹ multiplicat̄. Attende frater rogo: ſi cōꝑas ſenſus ſacre ſcripture adinuicē ƀm eoꝝ limitationeꝫ ad materias de quib⁹ agūt: manifeſtū ē ꝙ q̄libet ſenſus myſtic⁹ limitat̄ ad certā materiā. Tropologic⁹ eñ ſēſus ſolū agit de agēdis ƀm mores. Allegoric⁹ vero ꝺ credēdis. Anagogic⁹ de ſperādis Senſus aūt lr̄alis de ſingul̄ ꝑdictis ⁊ etiā de iā geſtis manifeſte tractat. Nec credo ꝙ doctor irrefragabil̄ hui⁹ oppoſitū aſſerat: ⁊ ſic cōꝑatio tua poti⁹ facit ꝓ me. Itē ſi attendiſti vniuerſalitateꝫ quā attribuo ſenſui lr̄ali ſatis māifeſta ē: ꝯſiſtit aūt in hoc ꝙ nō ſolū lr̄ati ſeu ſapientes: ſꝫ etiā rudes: qui ad intelligibilia capienda nō ſunt ydonei: tm̄ ꝑ ſenſum lr̄alē capiūt ſpūalia: ſaltē ſub ſilitudinib⁹ corꝑalib⁹: iuxta illud apl̄i. Sapiētib⁹ ⁊ inſipientibus debitor ſum: vñ ex pte hui⁹ vniuerſalitatꝫ ſenſus lr̄alis manifeſtā hꝫ ꝓeminētiā. In hoc aūt qḋ obijcis de incōicabilitate: ſi ſic opinaris a veritate deuias manifeſte. Cōicat̄ eñ ſenſus lr̄alis cuilibet ꝓpoſitiōi ſacre ſcripture vt dictū ē: ⁊ iteꝝ in multꝫ locis vn⁹ paſſus hꝫ multiplicē expoſitionē lr̄alē: ꝓut fuit oſtēſum in tercio articulo queſtiōis. Eſt ēt ſenſus lr̄al̄ abyſſus multa pp magnas difficultates in ea cōtentas: circa ea que ad fidē ⁊ mores ptinent Nec mirādū: nā ſciaꝝ hūanaꝝ libris i q̄b⁹ ſol⁹ ſēſus lr̄al̄ ē inq̄rēdus: qꝫ plurima cōmēta ſunt: ⁊ plures expoſitiones ſeu ſcripta. Sil̄r ⁊ multiplices q̄ōnes ad mentē auctoꝝ intelligēdā ſeu elucidādā: vt pꝫ in phicis: metaphicis: ⁊ ethicis. Sil̄r in facultatib⁹ vtriuſqꝫ iuris ⁊ hmōi: in q̄b⁹ nec i textu nec in gl. ē ſenſus niſi lr̄alis. Si igit̄ in illis in q̄b⁹ ſolū illa tractāt̄ q̄ in lumie naturali rōnis cognoſci pñt: tot mltiplicitates cōmētoꝝ: varietateſqꝫ q̄ōnū ⁊ expoſitionū ⁊ hmōi circa ſenſū lr̄alē inueniūt̄: quāto magis in ſcriptura diuina vbi agit̄ de his q̄ ſupnaturali lumine tm̄mō cognoſcūtur iueniri pñt multiplices ſenſus lr̄ales ſeu expoſitōes ⁊ hmōi. Nec credo te latere ꝙ ſenſus lr̄al̄ diuidit̄ in tres ſpecies ƀꝫ Augu. in libro de vti. cre. ſ. in hyſtoriacā: ethymologicaꝫ: ⁊ anagogicā: vt in tercio articulo expoſui. Sil̄r ⁊. vij. claues ſeu regl̄e quas Iſi. tradit in li. de ſū. bo. q̄ in ꝓlogo a poſtillatore ponūt̄ nō ſunt niſi quedā ſpēs ſenſus lr̄al̄: vt pꝫ intelligēti. Ex q̄b⁹ manifeſte pꝫ: ꝙ ſenſus lr̄al̄ ē cōicabil̄ ⁊ multiplicabil̄. Dicis. n. cōſequēter ꝙ dignitas iſtoꝝ ſenſuū attēdit̄ penes maiorē vtilitatē q̄ cōſequit̄ maiorē certitudinē: qḋ tibi cōcedo ꝓut in q̄ōne ꝑdicta largi⁹ ē deductū: ſꝫ ꝙ ſubiūgis: ꝙ certitudo ſpūal̄ intelligētie nō ē ſpeculatiōis ſicut lr̄al̄ intelligētia. ſꝫ ē certitudo experiētie ⁊ ƀꝫ affectū ⁊ ꝑ modū guſt⁹: ꝑ iſpirationē ⁊ teſtimoniū ſpūſſancti: hic manifeſte inuoluis ſnīas. Attribuis eñ ſēſui ſpūali ſeu myſtico qḋ i hoīe ſpūali hꝫ locū: nō eñ de rōne ſēſus ſpūal̄ ſeu myſtici ē vt dexter grāꝫ eū intelligēti ſeu inueniēti: nec etiā ē neceſſariū ꝙ habēs veꝝ ſenſuꝫ myſticū ſeu ſpūalē ſacre ſcripture ſit in grā gratificāte: ſufficit eñ ad ſenſuꝫ ſpūalē ſeu myſticū recte inueniendū ſeu habēdū: hr̄e ſeu ꝑticipare donū ꝓphie ſeu donū iterꝑtatiōis ſermonū: que lꝫ ſint gr̄e: tm̄ ſūt gratꝫ date tm̄: ⁊ ſic certitudo illa quā dicis ꝑ modū guſt⁹ ptinet ad donū ſapiētie: ƀꝫ ꝙ ſpūalis hō iudicat oīa etiā ꝓfunda dei. Ex hoc dicto tuo etiā ſeq̄ret̄ ꝙ nullus haberet certitudinē alicui⁹ ſenſus myſtici ſeu ſpūal̄ ſacre ſcripture niſi exñs in grā. Et cū nemo ſciat ꝺ lege cōi vtꝝ ſit dign⁹ amore vel odio: ſequit̄ ꝙ null⁹ ſciret ſe hr̄e talē certitudinē ꝑdicti ſēſus myſtici ꝺ lege cōi: qḋ eſſꝫ valde incōſonū rōni. Cōſequēter dicis ꝙ nō ꝓbo ṽba ſcti Tho. eē igne charitatꝫ examinata: ſi bñ attendiſti ṽba mea ſic dixi. Credo ṽba ſcti Tho. eē igne charitatꝫ examinata. vñ de credulitate mea nō requirit̄ aliud teſtimoniū: niſi ꝙ in dictꝫ ⁊ in ſcriptꝫ meis ſemꝑ ſequor iſtū ſcm̄ doctorē: vtinā digne ⁊ ſufficiēter: nec ignoro ꝙ dicta ſua in plurib⁹ ſūt īpugnata ꝑ plures īgenioſos theologos viros admirabiles: vt dicis. nec ex hoc īpedit̄ mea credulitas ſeu ꝓſecutio. Tū q: ſepe ꝯtigit doctrinas veras impugnari: taꝫ in theologicis quoꝝ ꝑncipiū poſitū ē in ſignū cui ꝯdicet̄: q̄ in pypatheticis. Tū q: illa in q̄b⁹ ꝯdicit̄ nō referūt vt firmiter credo ad expoſitionē alicui⁹ paſſus ſacre ſcripture: an ſic vel aliter teneat̄. ⁊ iō talia apud me q̄ de ſolo ṽo intellectu ſacre ſcripture ⁊ diuine curo: magis ſunt curioſa q̄ fructuoſa: vñ ⁊ apl̄s de ſilib⁹ dicit: ꝙ q̄ōneꝫ magis ꝓſtant qꝫ edificationē ⁊c. Ultimo cōmēdas mgr̄m Nicolaū: eo ꝙ ſnīas ſctōꝝ doctoꝝ ꝓprie ſnīe poſtpoſuit: vt auctorizaret op⁹ ſuū: ⁊ ſi ſimpliciter illū cōmēdares recte vtiqꝫ faceres. Cōmēdand⁹ eñ ē q̄ tāto ſtudio ⁊ labore ſacrā ſcripturaꝫ expoſuit ſub plano ⁊ ſuaui ſtilo: ſꝫ miror te ex hoc illū cōmendaſſe ꝙ ſnīas ſuas dictis ſctōꝝ ꝓpoſuit: vt ais ad auctorizādū op⁹ ſuū: cū huic ꝯmēdatiōi nō ſoluꝫ

ſacra ſcriptura repugnet. Legit̄ eñ. Nō q̄ ſeipm̄ cōmēdat ille ꝓbatus ē ij. Coꝛ. x. ⁊ alibi. Laudet te os alienū nō tuū. Prouer. xxvij. hoc ēt phica doctrina ſuadet. ait. n. phs. Laudam⁹ ſeipſos vituperātes. Scḋo ꝑ oppoſitū ſeipm̄ laudare ſeu alijs ꝑponere: nō ē cōmēdabile ꝑſertiꝫ cum poſtillator de quo loquimur vt ordinis minoꝝ dign⁹ ꝓfeſſor hūilitatē nō ꝑſumptionē ſeq̄ eſtimādus ē. magna. n. de ſe ſentire hi q̄ mollib⁹ veſtiūt̄ in domib⁹ regū eē cōſueuerunt. Nec eñ adduci poſſum: vt credā ꝙ poſtponere ſnīaꝫ ſancti Hiero. vel alicui⁹ ſancti doctoris dicto ra. Sa. ꝑſertim vbi rō nō ſuadet cōmēdatiōe reputes dignū. Lauda ergo eū in quo laudādus ē: in recta videlꝫ intētiōe quā credo eū habuiſſe: ⁊ pp laborē magnū quē ſuſtinuiſſe dubiū nō ē: vt ſacrā ſcripturā exponeret: ⁊ ꝓ maiori pte recte: nō aūt ex eo ꝙ a ſcōꝝ doctoꝝ interdū expoſitiōib⁹ indebite deuiauit. Scḋo ṽo cōmēdas poſtillatorē ex hoc: ꝙ ꝑ habitū theologicū veritatē ſnīe habuit: lꝫ in lacte nō ſuxiſſet ꝓꝑetatē hebraici ſmonis: qḋ ſalua pace vr̄ min⁹ rōnabilit̄ dictū: notū eſt eñ ꝙ habit⁹ theologic⁹ nō ſe extēdit ad donū linguaꝝ habendū: ⁊ iō cū theolog⁹ dicit: ſic ē in hebraica veritate: ⁊ ibi nō ſic inuenit̄: nō ē ex hoc cōmendād⁹. Cōmēdas eū tercio ex hoc ꝙ inter doctores hebraicos nō iuenit meliorē theologū qꝫ rabi Sa. Circa qḋ notū ē ꝙ ſi in rei veritate ille fuit min⁹ perit⁹ q̄ alij: nō dꝫ cōmēdari ex eo ꝙ ſequit̄ eū: ꝑſertim in deuijs ⁊ icōſonis auctoritatib⁹ ſctōꝝ. Cōmēda ergo illū in his vt ex his q̄b⁹ cōmēdād⁹ ē: ⁊ libēter amplectar cōmēdatiōes tuas. Cōcludēdo ergo chariſſime frat̄ nō credas me reprehēdere voluiſſe poſtillatoreꝫ vt dicis: abſit a me: ſed poti⁹ poſtillā ſuā eē ſimplicit̄ cōmēdādā expſſe aſſerui in q̄ōne ꝑdicta: lꝫ in aliq̄b⁹ locis ſentiā eā min⁹ ſufficere: qḋ nō reputat̄ viciū ſimpl̄r. Nemo nāqꝫ mortaliū ꝑfecte oīa examinare pōt. ſepe eñ dormitauit Homerus. Sāctū aūt ē in oīb⁹ ſcientijs ꝑſertim in ſcriptura diuina ſemꝑ prehonorare veritatē. vtinā frater dilectiſſime eſſes in meo cōſortio ſaltem aliquātulo tpe: vt ſil̄ diſcurrere valerem⁹ additiūculas has: ⁊ ſic experimēto cognoſceres: ꝙ in illis locis in q̄b⁹ ab ei⁹ dictꝫ deuiare videor: zelo veritatꝫ nō reprehēdēdi ſtudio ꝓceſſi: ⁊ ēt in his nō iudicio ꝓprio deuiā ſed ſequendo maioꝝ ſnīaꝫ. Uale frat̄ i dño ⁊ meliora chariſmata ſemꝑ emulare ⁊c.

Incipit prologus in replicas defēſiuas poſtille fratris Nicolai de lyra ab impugnatiōib⁹ dñi Burg. editas a venerabili ⁊ religioſo p̄cefr̄e Mathia doring ſacri ordinis minoꝝ ꝓuincie Saxonie miniſtro: ad plurimoꝝ rogatū p̄refatā poſtillā vt veritate lucentē amplexantium.

m Odeſtiā antiquā tenere hoīes iuſtos atqꝫ ſanctos docebat: ⁊ ordinata regl̄ant̄ iniurijs nō grauare moleſtis. Nā ſicut minus bñ geſta correctiōis limē: ſic optime facta laudē ⁊ gloriam requirūt: ſꝫ q: oīmoda ꝑfectio ſolis diuinis reb⁹ cōpetit: i cūctis humanis opib⁹ reperiri poterit qḋ repꝛhēſione dignū ē: cū modeſtia tm̄ vt ait Beat⁹ Aug. in ꝑnci. retrac. que modeſtia nō mō in agibilibus: ſꝫ ⁊ ſcibilib⁹ locū hꝫ. Nā ƀm verū intellectū ſacre ſcripture: circa diuinū ſcibile errare nō cōtingit. iō ipſa ſola hūc honorē ſibi vēdicat: vt recte intellecta ſine reprehēſiōe cōſiſtat: vt vult btūs Diony. de diuinis no. capitulo. ij. Nihilqꝫ ei ꝯriū niſi ſit oīno falſū: in ea quoqꝫ nihil repit̄ abſurdū ƀm Aug. xi. ſuꝑ Geñ. ca. i. Diuerſitas igit̄ ⁊ ꝯrietas in ei⁹ expoſitiōe nō hꝫ ortū ex illa doctrina irrefragabili: ſꝫ ex eo ꝙ ei⁹ expoſitores intellectū plenū nō ſūt aſſecuti: vt vult btūs Hylari⁹. ij. de trinita. Que tm̄ expoſitoꝝ diuerſitas nō oīno inutilis ē: q̄nimo ꝑ ea pigritia ſtudētiū excutit̄ vt veritas inquirat̄: ſicqꝫ eccl̄e ꝓficiūt inſurgētes hereſes: vt inquit btūs Auguſtin⁹. i. ſuꝑ Geñ. ꝯ manicheos. Oēs igit̄ ſācti ⁊ catholici ſacre ſcripture tractatores ꝯnq̄ nedū ꝯſentiēdo: verūetiā ſalua fide diſſentiēdo: a ſucceſſorib⁹ grās meruerūt imortales. Nā poſt ⁊ ꝑ eoꝝ venerādos ſanctoſqꝫ labores excitati ꝓ patrib⁹ nati filij: doctores in eoꝝ cōparatiōe moderni nō parū laude digni ſurrexerūt: q̄ in ſacre ſcripture expoſitiōe ꝯcludātes vt vitā haberēt eternā talib⁹ ꝓmiſſam ipaꝫ ducidauerūt ſenſū ipſi⁹ lr̄alē tanq̄ magis auctēticū inquirētes. Inter quos magiſter Nicolaus de lyra in lingua hebraica ſil̄ ⁊ latina peritus: vniuerſalior ⁊ ꝑclarior repent̄ cui⁹ ſpiritū tanq̄ pueri iunioris de minorum fratrū ordine de⁹ illuſtrādo miſericorditer ſuſcitauit. Ipſe queq̄ ſic ſuſcitat⁹ qḋ ſine fictiōe didicit: ſine inuidia cōicauit: ⁊ tanqꝫ ſapientib⁹ ⁊ inſipiētib⁹ magnis ⁊ paruulis debitor effect⁹ lat. Facere cupiēs op⁹ egregiū ꝯpoſuit: ⁊ in eccleſie ſancte gazophilatiū pauꝑ ꝓfeſſione cū vidua paupercula ſtudere volētib⁹ ꝓfuturꝫ obtulit: ⁊ hoc ipm̄ op⁹ ſuū poſtillā nūcupari decreuit: hoc inqꝫ op⁹ poſtille: ⁊ ſi tāte ſufficiētie fuerit ꝙ ipſuꝫ nō ſolū ꝑuuli: ſed ⁊ magni: nec ſolū fideles: ſed ⁊ infideles in dubijs circa ſacre ſcripture lr̄aleꝫ itelligētiā requirūt: ipſe tm̄ mgr̄ Nicolaus vtpote rehumilis in ꝑfectū ſe recognoſcēs: ⁊ vt pius culpā agnoſcēs vbi fortaſſis culpa nō ē in ꝓhemio ſui opis: ſe ⁊ ꝑ eū ſcripta determinat. ꝺ ſancte



Universidad de Salamanca. BGH

matris eccleſie ſubmittens lectorē beniuolū ⁊ correctorē efflagitat cha
ritatiuū ſciēs ꝙ nemo ex oī p̄te bīus. Ubi aūt charitatiuū correctorē ex
poſtulat: inſidioſum corruptorē inueniſſe pbaf. Naā q̄dā iude⁹ vt dr̄ in
hyſpania ad fidē cōuerſus paul⁹ in baptiſmo noiat⁹: tādez ad eccleſiā
Burgēſem pmot⁹: oī modeſtia poſtpoſita: p̄fatā poſtillā eccleſie ſacre
neceſſariā: ⁊ cūctis ſtudioſis venerādā hoſtiliter inuaſit imoderatiōe p
beatū hylariū. x. de trini. reprehēſiue deſcripta vbi dr̄. Cōtra veritatem
aut nō intellectā aut offendentē: vel ſtulte: vel vicioſe volūtatis error ob
nitif. Jmmoderata ē eīn oīs ſuſceptaꝝ volūtatū p̄tinacia: vbi nō rōni
volūtas ſubijcif: ſʒ his q̄ volum⁹ rōnē inquirim⁹: ⁊ placidis doctrinaz
coaptam⁹. Jāq̄ʒ nois poti⁹ q̄ʒ rei erit doctrina q̄ fingif. hos inquā imo
deſtie modos: vt ita dicā: dict⁹ paul⁹ Burgeñ. manifeſte tenuit: qꝛ in ml'
tis oſtēd t ſe poſtillā odiſſe ⁊ nō intelleriſſe vel intelligere noluiſſe: ſicq̄ʒ
eā tanq̄ȝ irrōnabilē falſam: erroneā in multis improbauit: vt opus tam
inſigne tāq̄ʒ laudabile apud minus ſapientes puipenſum reddat: ⁊ vt
imoderātiā p̄fatis modis aſſumptā colorare videaf: inuaſiōes quas
ſcripſit additiōes: q̄ꝰuis vere ſint corruptiōes noiauit: poſtillāq̄ʒ vt pa
ret in effectu ficte cōmendauit: nam in p̄hemio ſui corruptorij de hac po
ſtilla ſcribens filio ſuo alfonſo ſic ait. Qm̄ inter innumerabilia pene ope
ra quoꝝ veritate diuina ſcriptura circūdata refulget: poſtilla Nicolai d̄
lyra: tam ſui recentia q̄ʒ ſui digna celebritate clareſcit: q̄ vtrūq̄ʒ teſtamen
tū diſcurrēs ſtudioſe ſenſum lr̄alem: qui inter ceteros precipuus eſt copi
oſa luculentia tradidit: hāc tibi donare p̄poſui: ⁊ qd̄ legare cōceperā in
ter viuos: nō nude cōdonare: ſʒ paterna additamenta p̄tio munuſculo
cumulare viſum eſt: hec Burgeñ. Uñ ſi operi ſic cōmēdato nō detrahen
tia addidiſſet: ⁊ vbi emendādū foret cū modeſtia emēdaſſet: nō eſſet lo
cus redargutori: ſed qꝛ ſub titulo additionū calūnias corruptorias mi
ſcuit q̄ꝰtum per eū ſterit: minus cauſ op⁹ vile reddere ſtuduit: ⁊ ad modū
ſcorpiōis facie blādiēs cauda pupugit: ⁊ corrupit: quaten⁹ op̄e ſic vili
ficato: ſēſus ſacre ſcripture lr̄al: ⁊ p̄cipu⁹ alibi ita plane: plene ⁊ compen
dioſe nō rep̄ibilis: nō min⁹ negligenter q̄ʒ pericoloſe tranſiret in abuſuz
Ego frater mathias ordinis fratrū minoꝝ inter ſacre theologie pfeſſo
res minimus: p̄uincie Saxonie miniſter indign⁹: ad multoꝝ p̄fatam
poſtillam carpendentiū rogatū: certamē ꝯ Burgeñ. p mgr̄o Nicolao
ſuſcepi: nō vt poſtille que ſeipſam ſufficienter defendit cōferā adminicu
lū: ſed vt oſtendā mgr̄m Nicolaū: ⁊ eius opus ſine modeſtia ſtimulo in
uidie: vane glie: vel vtriuſq̄ʒ: a Burgenſe viliter impugnatū: ⁊ ſic opus
a Et reptilia. q̄ntū ad aīalia pedibus carentia: ⁊ q̄ntū ad habētia pedes breues vt lacerte ⁊ cōſilia: ꝓpter qd̄ ſe vident̄ trahere ſup terrā. b Et beſtias terre. q̄ntum ad aīalia ſilueſtria. id̄o dicūtur beſtie quaſi vaſtie. c Et vidit de᷒ ꝙ eēt bonū ⁊c. Poſt q̄ moyſes deſcripſit creationē eoꝝ que facta ſunt quodāmō propter hoīem: vt p̄dictū eſt: hic ꝯſequēter deſcribit hominis formationē: ⁊ diuidit̄ in duas partes: q͛ p̄mo deſcribit hoīs formationē. ſcd̄o eius lapſum ⁊ tranſgreſſionē. tertio cap'o ſed ſerpens. Prima in duas: q͛ primo deſcribit hoīs formationē. ſcd̄o eius ſtatū ⁊ cōditionē .ij. ca. igit̄ ⁊c. Prima adhuc in duas: q͛ primo deſcribit hoīs formationē. ſcd̄o ei᷒ cōſeruationē: ibi. Bn̄dixitꝙ deus. Circa primū ꝯſiderandū ꝙ aīa intellectiua que eſt forma hoīs nō eſt ex ſemine per generationē: ſed a deo per creationem. ⁊ ideo in formatiōe hoīs non dr̄ ꝓducat terra vel aliquid hoꝝ ſil'e ſed faciam᷒ hoīeꝫ. ⁊ dicūt hebrei ꝙ eſt verbū dei ad angelos: ſꝫ hoc vr̄ falſum: q͛ āgeli nō cooperātur deo in creatiōe aīe. in qua cōſiſtit ymago ipſius dei. ⁊ id̄o dicēdū ꝙ dicit. Faciamus in plurali: ad denotandū pluralitateꝫ perſonaꝝ in diuinis. verūtm̄ q͛ iſta pluralitas ſtat cū vnitate ſimplicis eſſentie. ideo poſtea ſubdit̄ in ſingulari ⁊ creauit deus hominē ad ymaginem ⁊ ſimilitudinē ſuaꝫ. Imago aūt dei cōſiſtit in aīa q̄ntum ad ꝓprietates naturales .ſ. memoriā: intelligentiā: ⁊ volūtatē. ſimilitudo aūt in gratuitis. ⁊ id̄o ſil'itudo eſt quedā perfectio ymaginis: q͛ gr̄a perficit naturā. Iudei aūt in glo. ſuper pſ̄. ponūt ymagineꝫ in anima q̄ntuꝫ ad quaſdam alias ꝓprietates. Primo q͛ ſicut aīa replet totū corp᷒ ita deus totū mundū. Piere. xxiij. Celum ⁊ terrā impleo dicit dn̄s. Itē q͛ ſicut de᷒ vnic᷒ eſt in ſuo ſeculo: ſic anima vnica in ſuo corpore. Item ſicut de᷒ non inquinat̄ ſordib᷒ orbis: ſic nec aīa ſordibus corporis. Itē ſicut deus videt oīa ⁊ nō videt̄ Exo. xxxiij. Nō videbit me hō ⁊c. ſic aīa videt exteriora ⁊ non videtur. Itē ſicut deus nō dormit: iux̄ pſ̄. Ecce nō dormitabit neꙙ dormiet qui cuſtodit iſrael ⁊c. ſic anima nō dormit in corpore: ſꝫ iſta aſſignatio imaginis vr̄ multum accidentalis: predicta aūt eſt magis ꝓpria: q͛ ponit̄ in illis potētijs aīe per quas efficit̄ capax ipſius dei p cognitionē ⁊ amorē. d Et preſit piſcib᷒ maris .ſ. q̄ diu ſtabit ſubditus deo: q͛ tal' fuit hō in ſtatu nature ꝯdite vt q̄ diu ſtaret in obediētia ipſius dei inferiora obedirēt ei. ⁊ iſtud dn̄iuꝫ eſt hoī naturale. Primo q͛ imperfecta ſunt ꝓpter perfectiora: vt plāte ꝓpter aīalia: ⁊ aīalia ꝓpt̄ hominē. ⁊ ideo ſicut plante vtūtur aqua ⁊ terra ad ſui nutrimentū: ⁊ aīalia plantis: ita hoīes aīalibus. ⁊ ideo iuſte preeſt eis. Scd̄o q͛ perfectiora gubernāt imꝑfectiora: vt angeli hoīes. regimē vero eſt per prudentiam qui ꝓprie eſt in hoīe: in quo eſt prudētia generalis: in aīalib᷒ v̄o ſūt quedā prudentie particulares tm̄: vt in aranea ad faciendū telā: ⁊ ſic d̄ alijs. ⁊ ideo aīalia ſunt hoī ſubiecta. Tercio q͛ hō factus eſt ad imaginem dei: id̄o iuſte obediūt ei inferiora ſm̄ naturam inſtitutaꝫ: ſed in pena peccati iſta obediētia eſt ei ſubtracta: ſicut ⁊ obedientia viriū inferioruꝫ reſpectu rōnis ⁊ corporis reſpectu aīe: ſeq̄t̄. e Maſculū ⁊c. Ex iſta lr̄a dixerūt aliqui hebrei ꝙ a prima formatione natura humana formata eſt in vtroꙙ ſexu: verūtm̄ corpora viri ⁊ mulieris ita erant cōiūcta in lateribus ꝙ faciebāt vnū cōtinuū: ſed poſtea ſeparata ſunt virtute diuina: ſed q͛ cōtra hoc videtur illud qd̄ infra dr̄. Tulit vnaꝫ de coſtis eius edificauit eā in mulierē. Itē qd̄ ibidē dr̄. Repleuit carnē ꝓ ea. talis autē repletio nō eſſet neceſſaria ſi fuiſſent tm̄ corpora ſeparata. ideo ad hoc reſpondēt dicentes ꝙ iſtud vocabulū qd̄ hic accipit̄ ꝓ coſta hic. in hebreo eſt equiuocū: q͛ ſignificat coſtā ⁊ latus: ⁊ de hoc habētur plura exempla in biblia hebraice ſcripta que pertrāſeo: ⁊ ſimile ē in gallico vbi coſta ⁊ latus eiſdē lr̄is ſcribūtur: ⁊ modicū differūt in ꝓlatione: vbi ergo tranſlatio noſtra habet. Tulit vnā de coſtis eius: dicūt ꝙ debuit dicere. Tulit vnū de laterib᷒ eius: q͛ illius toti᷒ corporis cōtinui vnuꝫ latus erat corpus mulieris: ⁊ aliud latus erat corpus viri vt predictū ē. ſeparādo aūt corpus mulieris a corpore viri tulit vnuꝫ de lateribus. Ad ſcd̄am dicūt ⁊ verū eſt: ꝙ vbi trāſlatio noſtra habet. Et repleuit carneꝫ ꝓ ea. lr̄a hebraica hꝫ ⁊ clauſit carnē in loco ſuo .ſ. extendēdo cutem ſup carnē in loco ſeparatiōis: ſed nō obſtātibus illis adhuc videt̄ dicta expoſitio irrōnabilis: q͛ talis cōiunctio duoꝝ corpoꝝ pertinet ad mōſtra: ſicut legit̄ in cronica Guil. ꝙ tpe Philippi regis francie qui fuit nonus an̄ iſtū Carolū q̄ nūc regnat. Anno dn̄i. M. ccc. xxij. in cōfinio Normanie ⁊ Britānie nate fuerūt due mulieres in vno corpore: ita tm̄ ꝙ oīa ſuperiora vſꙙ ad vmbilicū erāt duplicia: inferiora aūt erant ſimplicia: ⁊ ꝙ eſſent vere due mulieres apparuit p hoc ꝙ aliqn̄ vna triſtabat̄ ⁊ alia gaudebat: ⁊ aliqn̄ vna dormiēte alia vigilabat ⁊ vna fuit mortua pl᷒ q̄ p annū an̄ aliā. ſcd̄a tm̄ ex pōdere ⁊ fetore cadaueris mortua ē. Monſtra aūt p accidēs cōtingūt in natura: ⁊ id̄o nō eſt rōnabile ꝙ in p̄ma reꝝ

diritꝫ[f] illis deus: et ait: creſci-te[g] et multiplicamini et replete terram: et ſubijcite eaꝫ: et domi-naꝫ in[i] piſcibus maris et uolatilibus celi: et uniuerſis animantibus que mouentur ſuper terrā. Diritꝫ[h] deꝰ. Ecce[i] dedi uobis omnem herbam afferentē ſemē ſuper terram: et uniuerſa ligna: que habent in ſemetipſis ſemē-tem generis ſui: ut ſint uobis in eſcam et cunctis animantibꝰ terre: omniꝫ uolucri celi ⁊ uniuerſis que mouentur in terra: et in quibus eſt anima uiuens ut habeant ad ueſcendum. Et factū eſt ita. Viditꝫ[k] deus cuncta que fecerat et erāt ualde bona. Et factum eſt ueſpere et mane dies ſextus. Capi. ij.

inſtitutioni artifex oīuꝫ inciperet ab illis que ſunt p̄ accidēs: q2 talia nō cadūt ſub arte ⁊ maxime in natura humana que nobilior eſt. Itē videt̄ cōtra veritatē lr̄e: q2 infra dr̄ ꝙ formatis cūctis animantibus dn̄s adduxit ea ad adam: ⁊ ꝙ in illis nō inueniebat̄ adiutor ſimilis illi: ꝓpt̄ ꝙ ꝓceſſit ad formationē mulieris de coſta viri. Itē ibidem dr̄. Et edificauit coſtaꝫ quā tulerat de adam in mulierē: ſi autēꝫ non eſſet ibi coſta ſed latus: qd̄ ſeparaſſꝫ dn̄s ab alio latere modo ſupradicto: per talem ſeparationem nō magis edificata fuiſſet mulier ꝙ̄ vir: ꝓpter qd̄ Ra. ſa. hāc expoſitionē non tenet: ſed illā que ſequitur .ſ. ꝙ natura hūana primo ſit formata in ſexu maſculino tm̄: ⁊ poſtea mlīer ſit formata de coſta viri. Qd̄ aūt hic dr̄. Maſculū ⁊ feminam creauit eos: hoc ē p anticipationem: quia ſtatim volebat facere mentionem de multiplicatione humane nature que fit per cōmixtionē maris ⁊ femine: cum ſubdit. Creſcite ⁊ multiplicamini. ſed poſtea .ij. ca ſerioſe explicat modū formationis mulieris de coſta viri. ⁊ ideo tenēdum eſt ꝙ natura humana primo fuit ꝓducta in vno indiuiduo ⁊ in ſexu virili tm̄: vt ſic eſſet primꝰ homo principiū omniū indiuiduoꝝ nature humane: ⁊ per cōſequens totiꝰ ſpeciei ſuo modo: ſicut deus eſt principiū totius vniuerſi: vt in hoc eſſet quedā ſimilitudo hoīs ad deū ꝓpter dignitatē humane nature: vn̄ dicitur Act. xvij. Deus fecit ex vno oē genus hominū. Scd̄o vt vir magis vxorē diligeret ⁊ ei inſeparabilius inhereret dū cognoſceret eā ex ſeipſo ꝓductā eſſe: vn̄ dr̄ infra. De viro ſumpta eſt. q̄obrē relinquet hō patrē ⁊ matrē ⁊ adherebit vxori ſue. ⁊ hoc fuit maxime neceſſariū in ſpecie humana: in qua mas ⁊ femina ſm̄ dictamen rōnis recte habent ſimul manere per totā vitā: qd̄ non cōtingit in alijs animalibꝰ. Tercio quia mas ⁊ femina cōiungūtur in hoībus nō ſolum ꝓpter generationē vt in alijs animalibꝰ: ſed etiā ꝓpter domeſticā vitā in qua ſunt aliqua ꝓpria opera viri: ⁊ aliqua femine: in qua vir eſt caput mulieris: ꝓpter qd̄ cōuenienter ex viro formata eſt: ſicut ex ſuo p̄ncipio. Quarto eſt ad hoc ratio ſacramētalis. figurat̄ eñ per hoc ꝙ eccleſia ſumpſit p̄ncipiū a chriſto: vn̄ dicit apl's ad eph̄. v. Sacramentū hoc magnū eſt in chriſto ⁊ eccleſia.

f Benedixitꝫ illis. Hic cōſequēter deſcribit̄ humane nature iā formate cōſeruatio. ⁊ primo q̄tum ad ſpēm. ſcd̄o q̄tum ad indiuiduū: ibi. Dixitꝫ deus. Circa primū conſiderandū ꝙ ſpēs humana cōſeruat̄ p generationē maxime poſt lapſum per quē incurrit neceſſitatē moriendi: ⁊ h̄ eſt qd̄ dr̄. f Benedixitꝫ illis. Iſta benedictio ē dei ordinatio ad multiplicationē indiuiduoꝝ in natura humana per generationē: iō ſubdit̄.

g Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊c. Cetera patēt ex p̄dictis. h Dixitꝫ deus. hic deſcribit̄ cōſeruatio q̄tum ad indiuiduū: q̄ fit per nutritionēꝫ ⁊ hoc eſt qd̄ dicit̄. i Ecce dedi vobis ⁊c. Nō ē ſic intelligēdū ꝙ herbe ⁊ fructus arborū darent̄ in eſcā hominibꝰ: beſtijs ⁊ auibus cōiter: ſꝫ ſingula ſingulis ſm̄ cōditionē nature ſue: vtpote fructꝰ arboꝝ hoībus: vt dicitur infra. Ex omī ligno paradiſi comede: herbe aūt ⁊ ſemina herbaꝝ animalibꝰ ⁊ auibus: diuerſe tm̄ diuerſis animalibꝰ ſm̄ cōuenientiaꝫ nature ſue: aliqua tm̄ animalia ⁊ alique aues fructibus arboꝝ veſcebātur: eſus aūt carniū ⁊ piſciū nō eſt laxatus ſiue pmiſſus hoībꝰ niſi poſt diluuiū: vt habet̄ infra. ix. ca. vbi dicit̄ ſic. Omne qd̄ mouet̄ ⁊ viuit erit vobis in cibū. k Viditꝫ deus ⁊c. Hec eſt cōcluſio precedētiū: licet eñ quelibet ſpēs entis bona ſit in ſe: ex vniuerſis tm̄ partibꝰ vniuerſi ordinatis ad ſe inuicē ⁊ vlterius ad deuꝫ ſicut ad ducē admirabilis pulchritudo ⁊ bonitas cōſurgit.

Geneſis. i. poſtilla. In principio creauit deꝰ celū ⁊ terrā. Omiſſis diuiſioībꝰ curioſis accipio illā q̄ magis ꝯſueta ē dici. Additio.

c Circa expoſitionē lr̄alem huius primi ca. Gen̄. que valde difficilis eſt: ⁊ varie a doctoribus tradit̄: taꝫ grecis q̄ latinis ⁊ etiam hebreis: quedā videntur preſupponenda ad hoc: vt ex multiplicitate ſenſuum aliquod planū ſaltem ſimpliciter capientibꝰ extrahatur. Primū p̄ſupponit̄ ꝙ in hac expoſitiōe dictū Aug. maxime eſt attendendū qui ſupra Geneſim ad lr̄am de hac materia tractans ſic dicit. In hmōi queſtionibus duo ſunt obſeruanda. Primū ꝙ veritas ſcripture incōcuſſe teneat̄. ſcd̄m ꝙ cum ſcriptura diuina multiplicit̄ expōi poſſit ꝙ nulli expoſitiōi aliq̄s ita p̄ciſe inhereat: ꝙ ſi certa rōne cōſtiterit h̄ eſſe falſū ꝙ aliq̄s ſꝫ ſēſū ſcripture h̄ aſſerere p̄ſumat: ex hoc eñ ſcriptura ab infidelibus derideret̄: ⁊ eis precluderet̄ via credendi. hec ille. Ex quo ſequit̄ ꝙ veritas que eſt in ſcriptura plane tradit̄: incōcuſſe tenēda eſt: nō obſtāte ꝙ phi aliter ſentiant tenendo circa hoc varias ſeu contrarias opi. lꝫ eñ ea que per rationem demonſtratiuā habent̄ eſſe falſa nō ſint attribuenda alicui auctoritati ſacre ſcripture: eo ꝙ talia certa ratione cōſtat eē falſa. tm̄ illa que nō demonſtratiue ſꝫ opiatiue ⁊ ꝓbabiliter habēt̄ nō conſtant tāta certitudine: vt veritas plane ſcripture ꝓpter taleꝫ debilem certitudinē formidoloſam ⁊ opinatiuam omittatur: nec ob hoc eius plana expoſitio varietur ſeu diſſoluat̄: ⁊ hoc ſanat plane auctoritas Aug. predicta. Et inde eſt ꝙ lꝫ phi pagani cōiter opinētur mundū fuiſſe ab eterno: nō tm̄ catholici variant ex hoc expoſitionem huius dicti. In principio creauit deus celū ⁊ terraꝫ. ſic vt ex iþo nō intelligant mūdū a deo per creationē incepiſſe: nō eñ de ꝑpetuitate mūdi a parte ante demōſtratiuā rationē phi hn̄t: vt i prima parte ſancti Tho. q. xlvi. art. ij. ſed ſoluꝫ opinatiuas ⁊ ꝓbabiles. Ex quo preſuppoſito infert̄ p poſtillator minus cōuenienter ſe habet circa ꝓceſſuꝫ introductoriū expoſitionis lr̄alis huiꝰ ca. Dicit eñ ꝙ ex varietate opinionuꝫ de natura materie a phis poſitarū dependet intellectus operationis ſex dieꝝ: qd̄ videt̄ incōuenienter dictū. Conſtat eñ ꝙ phi in hoc nō demonſtratiue ꝓcedūt: al's nō contingeret eos diuerſime de vel cōtraria opinari: ſicut nec in geometricis ⁊ hmōi: ſed ſolū ꝓcedūt opinatiue. vnde nō debet ſenſus ſcripture ꝓpter hoc variari: ⁊ ideo ſancti doctores modicū curauerūt de hmōi opinionibus varijs in hac materia: ſicut nec etiā refert ad articulū creationis credende vtrum celi ſint imateriales vel habeāt materiā eiuſdē rationis cum his inferioribus vel alterius rōnis. Scd̄o p̄ſupponit̄ ꝙ nō eſt incōueniens multiplicare expoſitiōes in hoc loco: dū tamē a veritate ſcripture plano mō intellecta nō deuient: ⁊ cū hec nō aſſerendo ſed quaſi ꝓponēdo dicant̄: hoc patet per auctoritatē Augu. ſuperiꝰ inductā: magr̄ etiā in. ij. di. xij. de hac materia tractans dicit ſic. Quidā ſanctoꝝ patrū qui verba dei atꝫ archana excellēter ſcrutati ſunt ſup hoc quaſi diuerſa ſcripſiſſe vidētur. hec ille. Vbi notāda ſūt vba mgr̄i ꝙ nō dixit diuerſa aſſeruiſſe videt̄: hoc eñ eēt periculoſum. ſed ſcripſiſſe tm̄. ſ. ſine aſſertione: taliter eñ expoſitiones multiplicare nō eſt periculoſum etiā ſanctis ⁊ perfectis viris quoꝝ doctrina locū auctoritatis habet: ⁊ multo fortius pōt cōuenire ſimplicibus ſcriptoribus: quoꝝ dicta nullā habēt auctoritatem niſi quātum veritas lr̄e ſacre vel ratio efficax eis tribuit. nihil igit̄ temerarie aſſerendo: nec in aliquā veritateꝫ a ſanctis patribus traditā excludendo: nec in aliquo diminuēdo ad expoſitionem lr̄alem eoꝝ que in hoc capitulo cōtinētur ſpecialiter vſꝫ ad opus quarte diei incluſiue ꝓcedā: ⁊ p̄ncipaliter ſm̄ primū ſenſum lr̄alem: de quo prius in additione ſuper ꝓlogū dictuꝫ ē. Et q̄nꝫ de ſcd̄ario ſenſu etiam lr̄ali quedā tangētur: ⁊ hoc omiſſa recitatione variarū ſeu diuerſarū expoſitionū: ſimiliter ⁊ curioſitate diſtinctionū ſm̄ ordinem lr̄e plane ꝓſequēdo. In p̄mo igitur de primo quoddā ſūmariū totius diuine operationis ſeu creationis in toto ſpacio ſex dieꝝ cōtentū Moyſes videt̄ ꝓpōere cū dicit. In principio creauit deus celū ⁊ terram. In his enim verbis ſm̄ Criſ. p̄mittit̄ ſummarie ⁊ cōpendioſe totū opus diuinum circa creationē: diſtinctionē: ⁊ ornatū mundi: in omnibꝰ ſex diebus primis ſucceſſiue factū: ſicut ſi quis dicat tal' artifex edificauit hāc domū: ⁊ poſtea ſubdat̄. primo fecit fundamenta. ſcd̄o erexit parietes. ⁊ tercio ſuprapoſuit tectū ⁊ hmōi ſm̄ quā expoſitionē cū dr̄ deū creaſſe celū ⁊ terrā: itelligūt̄ oīa celeſtia ⁊ terre-



na eſſe a deo creata: que in ꝓceſſu ſex dieꝝ fuerūt creata ſeu ꝓducta: ⁊ hoc videt̄ ſentire Baſyl'. in Exa. qui ſup hoc verbū Creauit celū ⁊ terram: ſic dicit. Ex duobus aūt que extrema ſunt: totiꝰ exiſtētiā enygmatice ſignificat: ⁊ ſic nō oportet per celū in hoc loco intelligi empyreū tm̄: vel ſydereū ſeu firmamentū ⁊ hmōi: ſꝫ ſimul oīa celeſtia in hoc intelligēda ſunt: ſimiliter p terrā in hoc loco nō ſolū intelligēda eſt arida ſeu elementū terre ſed tota ſubſtātia generabiliū ⁊ corruptibiliū tam elementoꝝ q̄ mixtoꝝ in p̄dictis ſex diebus a deo ꝓductoꝝ. Veritas huius expoſitiōis patꝫ ex mō loquendi ſacre ſcripture cōiori ⁊ frequētiori: ſimiliter ex doctrina ſanctoꝝ apoſtoloꝝ. Primū patet: nā infra Gen̄. ij. ſup illud verbū. In die qua fecit dn̄s celū ⁊ terrā. glo. his igitur paucis verbis inſinuata eſt oīs creatura. Legit̄ etiaꝫ Exo. xxxi. circa obſeruationē ſabbati ſex diebus fecit deus celū ⁊ terrā ⁊ in die ſeptimo requieuit: in quo loco manifeſtū eſt ꝙ celuꝫ accipit̄ p quacūꝫ celeſti creatura: ⁊ terra ſil'r p quacūꝫ terreſtri mō ſupradicto. Si eñ hic accipit̄ celum p aliquo celoꝝ tm̄: ⁊ terra p aliqua terraꝝ tm̄: cetera terrena ⁊ celeſtia viderētur excludi ab operibꝰ ſex dieꝝ: qd̄ eſt manifeſte falſum. ſimiliter ⁊ deut̄. iiij. ca. Scias hodie ꝙ dn̄s ipſe eſt deus in celo ſurſuꝫ: ⁊ in terra deorſum: ⁊ nō eſt alius. Intelligendū eſt vniuerſaliter. ſ. ꝙ in celeſtibꝰ ⁊ in terrenis nullus aliꝰ deꝰ eſt. ſimiliter Hiere. xxiij. ca. vbi ꝓpha intendēs aſſerere deū eſſe vbiꝫ dicit. Nūquid nō celū ⁊ terrā ego impleo dicit dn̄s: qd̄ habet intelligi de totius mūdi integritate. Eodē modo pſ̄. dicit. Initio tu dn̄e terrā fundaſti: ⁊ opera manuū tuaruꝫ ſunt celi. Idē patet de alijs inumerabilibꝰ locis ſacre ſcripture: licet eñ in nōnullis locis ſacre ſcripture q̄nꝫ cū p̄dictis ſcꝫ cū celo ⁊ terra mare vel aqua exprimātur: hoc tm̄ eſt in paucis p̄ter modū ⁊ ſtilū cōem ſupradictū. Scd̄o hoc idē patet ex doctrina ſeu modo loquendi apoſtoloꝝ quibus ſenſus ſacre ſcripture ꝑfectius fuit apertus: iuxta illud. Luce. xxiiij. ca. Aperuit eis ſenſū vt intelligerent ſcripturas. Hi eñ circa articulū creatōis mundi nil amplius expreſſerūt fuiſſe a deo creatū niſi celū ⁊ terrā dicētes in ſymbolo. Credo in vnū deū creatorē celi ⁊ terre. vbi manifeſte tā q̄ doctiſſimi in ſcripturarū intelligentia nos docent ꝙ in hoc ꝙ ꝯfitemur deū creaſſe celū ⁊ terrā cūcta celeſtia ⁊ terrena a deo fuiſſe creata teſtamur: nullus eñ ſani intellectus diceret ꝙ apl'i articulū creationis mūdi impfecte tradidiſſent. In ſymbolo autēꝫ patrū hereſibus inſurgētibus ſpāliter Manicheoꝝ. qui dicebāt vnū deū eſſe bonoꝝ: ⁊ aliū maloꝝ. ⁊ alijs ſil'ibus fuit additū in hoc articulo de creatiōe mundi quaſi exponēdo. viſibiliū omniū ⁊ inuiſibiliū. ad denotādū qd̄ in hoc ꝙ dr̄ in prio ſymbolo. Creatorē celi ⁊ terre: intelligūtur celeſtia ⁊ terreſtria: non ſolū viſibilia: ſed etiā inuiſibilia. ſm̄ igitur hanc expoſitionē cōſonā veritati tanꝫ fundatā in planiori ⁊ cōiori mō loquendi apoſtolorū ⁊ ꝓpheraꝝ nō reſtat locus inquirēdi: de quo celo ſcriptura hic loquit̄: cū nō ſolū de celis quibuſlibet ſed etiā de quibuſcūꝫ rebꝰ celeſtibꝰ creatis: ſicut de angelis intelligi debeat: ſil'r nō eſt inquirendū de aere elementari vel igne: in qua particula ſacre ſcripture in hoc loco ſpāliter intelligātur: cū nō ſolum de terra elementari ſed de tota natura generabiliū ⁊ corruptibiliū in primis ſex diebus creatoꝝ ſeu ꝓductoꝝ intelligit̄ cū dr̄. Creauit deꝰ terrā. Circa ſenſum vero ſcd̄ariū ſeu vlteriorē ad ſenſum lr̄alem ptinentem huius verbi. In principio creauit deus celū ⁊ terrā. multa tradūtur a ſanctis doctoribꝰ ⁊ alijs quodāmodo inenarrabilia: iter q̄ videtur expoſitio ſancti Tho. in prima par. q. xlvi. arti. iij. in corpore. q. cōpendioſa ⁊ recta lr̄e ⁊ rōni ꝯſonās. dicit eñ ſic ꝙ hoc dictū In prin. crea. deus ⁊c. tripliciter exponit̄ ad excludendum tres errores: quidā eñ poſuerūt mūdū ſemp fuiſſe ⁊ tp̄s nō habere initiū: ⁊ ad hoc excludēdū exponit̄ in p̄ncipio. ſ. tēporis. Quidā vero poſuerūt duo eſſe creaturarū principia: vnū bonorum: ⁊ aliud maloꝝ. Et ad hoc excludendū exponit̄. in principio. i. in filio. ſicut eñ p̄ncipiū effectiuū appropriat̄ ꝓpter potentiā patri: ita p̄ncipiū exemplare appropriat̄ filio ꝓpter ſapientiā: vt ſicut dicitur. Omnia in ſapientia feciſti: ita intelligat̄ deum oīa feciſſe in p̄ncipio. i. in filio ſm̄ illud apl'i ad Col'. i. In p̄ncipio. i. in filio ꝯdita ſunt vniuerſa. Alij vero dixerūt corꝑalia eſſe creata a deo mediātibus creaturis ſpūalibus: ⁊ ad hoc excludendū: in principio creauit deus celū ⁊ terrā. i. an̄ oīa. hec ille. Que quidē tres expoſitiones intelligende ſunt nō disiūctiue ſed copulatiue ſic. ſ. ꝙ ſcriptura in hoc loco intendit quēlibet iſtoꝝ triuꝫ erroꝝ excludere ⁊ nō vnū eoꝝ tm̄. ſi eñ disiūctiue intelligerēt̄ iſte expoſitiones tūc non excluderet̄ plus q̄ vnus error. ⁊ forte nullꝰ: q2 ex vna ꝓpoſitione tres cauſas veritatis habente ex qualibet eaꝝ nō poſſet ꝯcludi veritas vnius cauſe eaꝝ determinate: ſed videndū eſt q̄uo quelibet illarū trium expoſitionū ex lr̄a ſane intellecta cōſurgat: vt ſic quelibet illarū dicenda ſit lr̄al'. Ad qd̄ ſciēdū ꝙ cū h̄ dictio p̄ncipiū cōit̄ itelligat̄ relatiue reſpectu p̄ncipiati. idcirco i ſacra ſcriptura cōit̄ vbi p̄ncipiū ſeu initiū legit̄ i eodē ꝯtextu adiūgit̄ aliud ſignificās illud reſpectu cuiꝰ dr̄ tale p̄ncipiū ſeu initiū ſic dr̄ ifra Gen̄. x. fuit p̄ncipiū regni eiꝰ babylōia: vbi i h̄ ꝙ adiūgitur regni eiꝰ exprimit̄ reſpectu cuius dr̄ principiū: ⁊ ſic cōiter in alijs locis. cuiꝰ rō eſt: nam ſi ſic exprimeret̄ remaneret quaſi ignotū quid ſignificaret̄ p illud p̄ncipiū: niſi ſubintelligeret̄ ex precedētibus ſeu ſubſequētibus immediate adiūctis: ⁊ q2 in hoc loco nō exprimit̄ determinate in lr̄a ad quid referat̄ hoc qd̄ dicitur. In principio. ſed quaſi abſolute nominatur oportet ꝙ referat̄ ad illud qd̄ ſibi adiūgit̄. Vn̄ p̄mo occurrit referendū ad hoc qd̄ dicitur ſtatim Creauit. i. in principio creationis ſeu in principio illius qd̄ creauit: ⁊ ſic intelligūt multi doctores hebreoꝝ: ſicut Rabi Abenhazara. ⁊ Ra. Sa. ⁊ alij. Et iſte modus loquendi ꝯcordat cū tercia expoſitione p̄dicta ſm̄ quā intelligit̄: in p̄cipio. i. ante oīa vt predictū eſt. ſcd̄o referri poſſet ad hoc qd̄ ſubditur. Deus: ſic ꝙ intelligat̄ hoc p̄ncipium eſſe aliquid cū quo ſeu per quē deus fecit oīa: qd̄ cōuenit filio: ſicut cū dicitur. Omnia in ſapientia feciſti: ⁊ ſic intelligit Rabi Moyſes gerūden̄. ꝙ per hoc qd̄ dr̄ In principio. ſignificat̄ aliqd̄ ptinens ad naturā diuinā: lꝫ hoc quaſi balbuciendo exprimat: ⁊ hoc cōcordat cū ſcd̄a expoſitiōe p̄dicta. Tercio poſſet referri hoc qd̄ dicit̄. In principio. ad hoc qd̄ dicitur: celum ⁊ terrā que ſunt res ſucceſſioni ſubiecte. ⁊ ſic intelligit̄ prima expoſitio. ſ. in p̄ncipio tēporis hoc eſt in primo nunc. qd̄ p̄cedit omnē ſucceſſionē tempoꝝ: vel omniū rerū celeſtiū ⁊ terreſtriū ſucceſſionē. Quarto poſſet referri ad hoc qd̄ dr̄ In p̄cipio. ad totum ꝓceſſum primeue creationis ſeu ꝓductiōis reꝝ qui in hoc ca. Gen̄. i. cōtinetur: vt ſic intelligat̄ In principio creauit deꝰ. i. in primis ſex diebus de quibus agit̄ in toto ꝓceſſu huius ca. Creauit deus celum ⁊ terram. ⁊ ſic intelligit Criſ'. vt p̄dictum eſt. ⁊ q2 abſolute ⁊ ſine aliqua expreſſa determinatione dr̄ hic in p̄ncipio. idcirco referendū eſt ad lr̄aꝫ ad oīa ſignata per quatuor modos p̄dictos: inq̄tum quilibet eoꝝ ex adiacentia ſeu cōtinuatione lr̄e intelligit̄ vt dictū eſt. Itē attendendū ꝙ ſꝫ vlteriorē ſenſum lr̄alem ex hoc qd̄ dr̄ In princi. crea. deus celuꝫ ⁊ terrā. intelligit̄ ad lr̄am ſm̄ hebraicā veritatē pluralitas in diuinis ꝓut mgr̄ allegat in primo ſen. di. ij. Qd̄ pꝫ ex hoc: nā vbi nos dicimus deus: hebraica veritas habet heloym: qd̄ eſt plurale huius noīs ſingularis hel. ⁊ ſic exponit in hoc loco expreſſe Rabi Abenhazara. lꝫ ex hoc nō veraꝫ ꝯcluſionē eliciat: ſed erroneā: vult aūt itelligi ꝙ hoc nō ſignificat pluralitatē in diuinis ſed pluralitatē virtutū ſeu potentiarū ab eo ꝓcedentiū in cuius ſignū allegat ipſe ⁊ ſui ſequaces ꝙ in ſcriptura q̄nꝫ etiā iudices dicūtur heloym: ꝓpter eoꝝ virtuoſaꝫ potētiā in iudicādo: vt Exo. xxij. ca. vbi dr̄. Dijs nō detrahes ⁊ principi populi tui nō maledices. ſed hec cauillatio eſt valde irrationabilis: qd̄ patet ex duobus. Primo eñ hebrei nobiſcū cōueniūt in articulo creationis mūdi: preſertiꝫ in hoc ꝙ ſolus deus mundū creauit: ⁊ eū immediate ꝓduxit intātū ꝙ ipſi tradunt angelos fuiſſe creatos in feria ſcd̄a: ne ſi in prima fuiſſent creati crederetur de angelis ꝙ fuiſſent cooperatores dei in mundi creatione. ſi igitur hoc qd̄ dr̄ heloym intelligat̄ de virtutibꝰ procedētibus a deo: aut tales virtutes ſunt aliquid creatū: aut quid increatum. ſi primo mō ſequit̄ ꝙ aliud qd̄ nō eſt deus creauit mundū: vel ſaltē coopatū eſt in creatiōe mundi. ſi ſcd̄o mō ſequit̄ ꝙ in diuinis eſt aliud increatū a deo ꝓcedens qd̄ eſt intentū: nā cū deus etiā ab illis cōcedat̄ eſſe ſumme ſimplex quicquid ē in deo deus eſt. Scd̄o hec cauillatio vr̄ irrōnabil' ex eo ꝙ Moyſes precipue intendebat informare ppl'm de vnitate dei ⁊ excluſiōe pluralitatis deoꝝ: vt cū dr̄ Deut̄. vi. ca. Audi iſrl' deus tuꝰ vnꝰ eſt. ⁊ Deut̄. xxxij. ca. Videte nunc ꝙ ego ſum ⁊ nō eſt alius deus mecū: ⁊ ſic d̄ multis alijs. Cū igitur Moyſes dixiſſet. Creauit heloym: manifeſte dediſſꝫ occaſionē credēdi populo pluralitatē quaꝫ intendebat excludere: ſm̄ eos ēt potiꝰ debuiſſet dicere hel. qd̄ nullā pluralitatē ſignificat ⁊ ex quo nl'lum incōueniēs ſequeret̄. Itē qd̄ allegat ꝓ parte ſua ꝙ q̄nꝫ iudices vocantur heloym: hoc manifeſte facit cōtra eos: nā vbi heloym accipit̄ p iudicibus ſeu dijs opinatiuis vel falſis ſemp cōſtruit̄ cū verbo vel adiectiuo pluralis numeri. vnde Exo. xxij. vbi dr̄. ad eos vtriuſꝫ cauſa ꝑueniat: ponitur ibi heloym: ⁊ ſtatim ſequit̄ ibi verbum plurale ſic. ſ. ⁊ ſi illi iudicauerint. ⁊ in pſ̄. Omnes dij gentiū demonia. vbi dr̄ heloym: ⁊ tm̄ ibi nō dr̄ demō: ſed demonia. Similiter in pſ̄. vbi dr̄. Ego dixi heloym eſtis. i. dij. nō dicit Ego dixi heloym es. ⁊ ſic de multis alijs: ſed in hoc loco ⁊ in alijs vbi heloym ponit̄ p vero deo ſemp adiūgitur verbuꝫ ſingularis numeri. nō eñ dr̄ hic In principio creauerūt dij. ſed creauit.

Universidad de Salamanca. BGH

qͦd quidem verbum includit verbum ſubſtantiuum. ſ. fuit creans. ad denotandum vnitatem eſſentie. Ex quibus patet manifeſte ꝙ Moyſes intendit inſtruere populum ſpecialiter quantum ad doctos ꝙ in deo qui celum ⁊ terram creauit eſt pluralitas perſonarum in quantum dixit heloym. ſimiliter ⁊ vnitas ſm eſſentiam in quantum dixit Creauit. ⁊ hoc notanter inſinuat Moyſes in prima propoſitione totius ſacre ſcripture: in qua continetur articulus creationis vt inueniat hoc myſterium in primo exordio fidei eſſe attendendum. Quod autem hec pluralitas attribuenda ſit perſonis ſeu ſuppoſitis habetur etiam ſm ſenſum litteralem vlteriorem in hoc loco vbi inuenitur aliqua inſtructio de diuinis perſonis: nam cum dicitur in principio: intelligitur in filio cui attribuitur cauſalitas creationis per modum cauſe exemplaris vt dictum eſt: ⁊ per conſequens cum dicitur deus: intelligitur pater cui attribuitur cauſalitas creationis per modum efficientis. Cum autem dicitur. Spiritus domini ferebatur: intelligitur perſona ſpiritusſancti: prout plenius declarabitur infra. Non tamen eſt intelligendum ꝙ creare ſit proprium alicuius perſone diuine ⁊ non commune toti trinitati: hoc enim eſſet erroneum cum omnia opera trinitatis ad extra ſint indiuiſa. ſed quia deus eſt cauſa rerum per ſuum intellectum ⁊ voluntatem ſicut artifex rerum artificiatarum: artifex autem per verbum in intellectu conceptum ⁊ per amorem ſue voluntatis ad aliud relatum operatur: vnde ſimiliter deus pater operatus eſt omnem creaturam per verbum ſuum qͦd eſt filius: ⁊ per ſuum amorem qui eſt ſpiritusſanctus: ⁊ ſecundum hoc proceſſiones perſonarum ſunt rationes productionis creaturarum in quantum includunt eſſentialia attributa que ſunt ſcientia ⁊ voluntas: vt patet in prima par. q. xlv. arti. vi. Sequitur littera. Terra autem erat inanis ⁊c. vbi Moyſes poſtquam ſummarie tradidit totum opus diuinum circa creationem mundi in primis ſex diebus ſucceſſiue productum: hic explicat illud per particularia. Circa qͦd primo oſtendit ſtatum ſeu conditionem quarundam rerum creatarum in prima ſui creatione ſeu productione. ſecundo procedit ad alia que creata ſeu producta ſunt in predictis ſex diebus ſucceſſiue ſecundo ibi. Dixit deus: fiat lux. Circa primum ſciendum ꝙ cum Moyſes rudi populo loquebatur vt omnes doctores tenent qui non ſolum ſpiritualia veraciter non capiebant ſed etiam de corporalibus illa communiter tamen apprehendebant que viſui corporali ſubiacent: vt in prima parte. q. lxvij. ar. iiij. Idcirco licet in generali viſibilia ⁊ inuiſibilia celeſtium ⁊ terreſtrium creaturarum ſub quodam ſummario vt dictum eſt comprehendat attribuens ea diuine creationi: ita vt nihil in rerum natura excluderetur a creatione dei: loquens tamen poſtea in particulari vt imbecillitati rudium ſeu ſimplicium audientium condeſcenderet: pretermiſſis inuiſibilibus tam celeſtium quam terreſtrium: de viſibilibus tamen mentionem facit: vnde de celeſtibus pretermiſit celum empyreum ⁊ angelicam naturam: ⁊ de terreſtribus pretermiſit duo elementa. ſ. aerem ⁊ ignem. eo ꝙ non ab omnibus percipiuntur: multi enim etiam philoſophorum elementum ignis non cognouerunt vſque ad tempus Ariſtotelis. Similiter ⁊ aerem nihil dicebant: adeo vt loca plena aere vacua exiſtimarent: vt. iiij. Phiſ. vnde in prima rerum productione de tribus viſibilibus principaliter facit mentionem. ſ. de infimo fundamento vniuerſi ſenſibilis: ⁊ de ſummo tecto eius: ⁊ de quodam medio inter vtrumque: que ſunt principales partes integrales cuiuſcunque edificij: quorum duo ſe habent ad totum vniuerſum viſibile: ſicut centrum ⁊ circumferentia ad corpus ſpericum quod complet totam eius rationem plaſmaticam: in quo quidem. ſ. corpore ſperico centrum ſe habet vt fundamentum ⁊ circumferentia ſicut ſummum tectum ⁊ alia inter vtrumque: tanta ſe habent vt medium inter vtrumque. ſ. inter centrum ⁊ circumferentiam. Primum oſtendit: cum dicit. Terra autem. terra enim ſm philoſophos ⁊ aſtronomos ſe habet ad vniuerſum corporale vt centrum. ſecundum autem ⁊ tercium oſtendit cum dicit. Super faciem abyſſi. Abyſſus enim ſecundum grammaticos multitudinem aquarum impenetrabilem ſignificat: quequidem impenetrabilitas ideo poteſt intelligi non ſolum ex magna eius profunditate ſed etiam ex hoc ꝙ ex eius confuſione non poteſt abyſſus penetrari: per qͦd intelligitur aqua elementaris que ante eius congregationem in vna permixtione confuſa erat cum alijs duobus elementis. ſ. aere ⁊ igne: prout magiſter ponit in. ij. li. diſt. xiij. qͦd totum vocatur abyſſus ſm eſtimationem ſimplicium ſeu rudium quibus loquebatur: qui aerem ⁊ ignem elementarem propter eorum inuiſibilitatem: ⁊ vt dictum eſt non percipiunt: que quidem abyſſus totam terram vndique cooperiebat: ⁊ vſque in altum porrigebatur quouſque nunc ſummitas corporee nature pertingit: ſicut quibuſdam videtur: prout magiſter ponit di. ſupradicta. intelligatur tamen hec ſummitas nature corporee circa celum cryſtallinum qͦd per ſuperficiem abyſſi intelligendum eſt: ⁊ hoc eſt primum corpus mobile: qͦd ſe habet ad omnia corpora naturalia ſicut ſuperficies ad corpus ſpericum que totam eius ſoliditatem continet. Unde notandum eſt ꝙ non dicit ſcriptura tenebre erant in terra nec in abyſſo neque ſupra abyſſum: ſed ſupra faciem abyſſi. Cuius ratio eſt: nam illa multitudo aquarum impenetrabilis ⁊ profundiſſima in prima ſui productione erat turbida ⁊ quaſi opaca ⁊ eius confuſa permixtione ſeu compoſitione in tantum ꝙ non erat capax lucis ſicut nec terra: ⁊ ſic non erant in terra nec in abyſſo tenebre proprie loquendo: ſicut nec in ligno dicitur eſſe cecitas: licet non videat: ſuperficies tamen abyſſi qͦd eſt primum mobile vt dictum eſt ex ſua pura ⁊ impermixtibili natura eſt dyaphanum: ⁊ fuit ſemper capax lucis: ſed quia nondum lux facta erat: ideo proprie loquendo tenebre erant protunc ſupra faciem abyſſi. ſ. in primo celo mobili. Conuenienter igitur in primordiali rerum viſibilium productione fit expreſſa mentio de terra: quod eſt centrum ⁊ quaſi fundamentum vniuerſi ſenſibilis: ⁊ de circumferentia quod eſt ſummum tectum. ſ. primum mobile eo modo quo dicitur Eſa. xlviij. Manus enim mea fundauit terram: ⁊ dextera mea menſa eſt. alias tetendit celos. ⁊ loquitur ad modum formantis circulum cum circino: qui primo ponit vnum pedem in centro quod eſt fundamentum: ⁊ alium tendit circumducendo circumferentiam. Sequitur in littera. Spiritus domini ferebatur ſuper aquas: quequidem verba proprie ⁊ notabiliter exponuntur a Hiero. de hebraicis queſtionibus vbi ſic dicit: pro eo ꝙ noſtris in codicibus ſcriptum eſt ſpiritus domini ferebatur. in hebreo habetur Merahephet: quod nos appellare poſſumus incubare: in ſimilitudinem volucris oua calore animantis ex quo intelligimus non de ſpiritu mundi dici: vt nonnulli arbitrantur: ſed de ſpirituſancto qui ⁊ ipſe viuificator omnium a principio dicitur de quo in pſalmo. Emitte ſpiritum tuum ⁊ creabuntur. hec ille. Quequidem viuificatio poteſt recte intelligi ſecundum motum primi mobilis: nam motus ſm philoſophum. viij. Phyſicorum eſt vita rerum naturalium: ⁊ cum inter omnes motus rerum naturalium motus primi mobilis ſit primus ⁊ precipuus: ⁊ a quo omnes motus corporales regulantur ⁊ menſurantur tanquam a prima omnium motuum menſura: ⁊ a deo tanquam a primo mouente principaliter cauſatus. idcirco in primordio creationis rerum naturalium de hoc primo motu tanquam de vita rerum naturalium fit mentio attribuendo ipſum motum deo in perſona ſpiritusſancti cui appropriatum eſt viuificare. Et ex hoc tollitur quedam inconuenientia que quodammodo animum pulſat. ſ. ꝙ inter primo creata fit mentio de tempore: cum dicit. Dies vnus. dies ſecundus ⁊ huiuſmodi. Sed de motu nulla videtur fieri mentio: cum tamen motus ſit prior ipſo tempore naturaliter: vnde ſm predictam expoſitionem predicta tollitur inconuenientia: quia de motu fit mentio antequam de tempore: vt patet ex predictis.

Sed contra predicta quedam dubia breuiter poſſunt moueri inquiſitiue ex quorum ſolutione veritas magis elucidatur. Primum poſſet rationabiliter queri: prout Aug. querit ſuper Gen. ad litteram cur non ſcriptum eſt. Dixit deus. fiat terra: ⁊ facta eſt. Fiat aqua ſeu abyſſus: ⁊ factum eſt: ſicut dixit de luce ⁊ de firmamento ⁊ huiuſmodi. Secundo poteſt queri ſi abyſſus hic accipitur: vt dictum eſt pro aquarum multitudine impenetrabili terram vndique circumdante: cur non proprie hoc declarauit deus dicens: multitudo aquarum erat ſuper terram: cum aqua ab omnibus quantumcunque rudibus ſit perceptibilis: ⁊ de aqua in hoc capitulo frequenter fiat mentio: non autem de abyſſo in hoc loco. Tercium ſi faciem abyſſi accipitur in hoc loco pro primo mobili: vt dictum eſt: cur ſtatim ipſum nominat aquas cum dicit. Ferebatur ſuper aquas ſm iſtam expoſitionem. Quartum cum ſpiritus domini ſeu ſpiritus dei pluries in ſacra ſcriptura accipiatur pro aere ſeu vento: vt in pſalmo. Flauit ſpiritus eius ⁊ fluent aque. ⁊ in alijs. vnde ergo cogimur vt in hoc loco accipiatur pro ſpirituſancto: vt dictum eſt. Quintum ſi ſpiritus dei in hoc loco accipitur pro ſpirituſancto: vt dictum eſt: cum ſpiritusſanctus ſit deus inconuenienter dicitur ꝙ ferebatur ſuper aquas: cum deo non competat localiter ferri nec ſitum habere. Ad primum igitur dicendum ꝙ ex verbis Augu. vbi ſupra apparet ꝙ in hoc loco ꝙ dicitur. Terra erat inanis ⁊ vacua ⁊ tenebre ſuper faciem abyſſi intelligitur materia omnis informis: dicit enim in. xij. confeſſ. Quid enim in omnibus mundi partibus reperiri poteſt propinquius informitati omnimode quam terra ⁊ abyſſus: ⁊ infra ſubdit. Illud autem totum prope nihil erat quoniam adhuc omnino informe erat. hec Aug. Ex quo patet ꝙ ſm ipſum ideo pretermiſſum eſt dicere: fiat terra ſeu abyſſus. Similiter ⁊ factum eſt ita. ⁊ vidit deus ꝙ eſſet bonum: ſicut dicitur in alijs propter informitatem omnimodam materie que in predictis verbis ſignatur: ⁊ eſt ratio quia cum dicitur. Dei perfecta ſunt opera. Deut. xxxij. ca. ideo inconuenienter de natura omnino informi diceretur. Dixit deus: fiat hoc. Similiter ⁊ vidit deus ꝙ eſſet bonum. Ambroſius autem ⁊ alij ſancti doctores non concordant cum Aug. in hoc. ſ. ꝙ cum dicitur. Terra autem erat inanis ⁊ vacua: intelligatur materia informis: ſed ipſum elementum terre. ſm quos. ſcilicet ſanctos doctores aliter ab Augu. opinantes dicendum eſt ꝙ alie tres informitates attribuuntur creature corporali in primordio producto: propter quas non decebat vt de creatura ſic informi diceretur. Fiat ⁊c. vel vidit deus ꝙ eſſet bonum ⁊ huiuſmodi. deerat enim corpori diaphano. ſ. primo mobili pulchritudo lucis: vnde dicitur ꝙ tenebre erant ſuper faciem abyſſi. deerat etiam terre duplex pulchritudo: vna quam habet ex hoc ꝙ eſt aquis cooperta: ⁊ quantum ad hoc dicitur ꝙ terra erat inanis. ſ. inuiſibilis. alia vero quam habuit cum non eſſet ornata herbis ⁊ plantis. ⁊ ideo dicitur ꝙ terra erat vacua. vnde in hoc loco Moyſes intendit exprimere informitates creature corporalis tam celeſtis quam terreſtris in primordio



producte: ⁊ ideo non oportebat in hoc loco dicere. Dixit deus: fiat terra ⁊ huiuſmodi. ſicut in alijs creaturis que in prima ſui productione tales informitates minime habuerunt. Si autem contra hoc dicatur ꝙ lux in prima die facta etiam videtur imperfecta ſeu informis reſpectu lucis luminarium: quod patet ex excellentia proprietatum luminarium que in opere quarte diei exprimuntur que non pertinent ad lucem in prima die factam: vt infra patebit. ⁊ tamen de ipſa luce dicitur fiat lux ⁊c. ⁊ vidit deus lucem ꝙ eſſet bona. ⁊ ſic ſimiliter potuiſſet dici de terra non obſtantibus informitatibus predictis. Ad hoc dicendum ꝙ lux in prima die facta licet non eſſet ita perfecta ſicut lux ſolis habebat tamen perfectionem ſibi pertinentem quantum ad illud pro quo facta fuit. ſ. diuiſionem noctis ⁊ diei: vt patet in littera: ſed terra fuit facta a deo ad hoc vt habitaretur ab animantibus: iuxta illud. Eſa. Non in vacuum creauit eam. ſ. terram. ſed vt habitaretur ⁊c. Et quia hec perfectio ad quam ordinata eſt terra ſibi deerat in primordio ſue creationis. idcirco non erat conueniens vt de ea dicerentur verba predicta que de alijs creaturis que in prima ſui productione perfectiones ad quas producte ſunt attigerunt. Idem de abyſſo dicendum que propter eius commixtionem confuſam ſupradictam nondum habebat perfectionem ſufficientem ad producendum generabilia. ſuperficies autem abyſſi in hoc loco non intelligitur per ſe niſi reſpectu ipſius abyſſi cuius dicitur eſſe ſuperficies. ⁊ ideo non oportebat vt de ipſa ſuperficie fieret mentio ſeorſum in huiuſmodi creatione: vtrum autem ex auctoritatibus ſanctorum ⁊ ſpecialiter Baſylij. Ambro. Criſ. intelligatur ꝙ omnimoda informitas materie tempore preceſſit formationem eius omitto cauſa breuitatis: vide tamen in prima par. q. lxvi. ar. i. veritatem huius queſiti a ſancto doctore determinatam. Ad ſecundum faciliter reſpondetur ex dictis: abyſſus enim in hoc loco non nominat aquam ſolam ſed aquam cum aliorum elementorum permixtione confuſam: vt dictum eſt. pretermiſit tamen expreſſam mentionem de alijs elementis cum aqua permixtis propter ruditatem eorum quibus loquebatur qui pro maiori parte ea que non ſubiacent viſui non cognoſcebant: vt iam dictum eſt. Ad tercium dicendum ꝙ primum mobile in hoc loco nominatur diuerſimode propter diuerſitatem eorum que ſibi competunt de quibus in propoſito agitur. competit enim primo mobili omnia corpora naturalia ⁊ mobilia continere: ſicut ſuperficies corpus continet cuius eſt ſuperficies: ⁊ ex hoc nominatur facies abyſſi. i. ſuperficies abyſſi: de qua continentia hic eſt agendum tanquam de loco vniuerſali omnium corporum naturalium competit etiam ei diaphaneitas ſm ſue nature puritatem. ſimiliter ⁊ prima mobilitas corporalis de qua diaphaneitate in hoc loco eſt agendum tanquam de prima capacitate lucis: quequidem lux in corporibus primum locum tenet ſm Aug. de li. arbi. Similiter ⁊ de prima mobilitate eius hic eſt agendum tanquam de prima vita vel de primo effectu vite corporum naturalium que duo nulli earum creaturarum de quibus ſcriptura mentionem facit inter primo creata ſic competunt ſicut aquis. Aqua enim inter viſibilia corpora maxime eſt obediens motori: ⁊ eſt perſpicua: ⁊ hec eſt ratio quare primum mobile in hoc loco his diuerſis nominibus appellatur. hec expoſitio de primo mobili ⁊ de primo motu videtur rationabilis conſiderando ꝙ in prima rerum productione fieri debet mentio de ſummo bono vniuerſali corporum naturalium: ſimiliter de primo motu ⁊ de primo mobili: ⁊ etiam de tempore que ſunt menſure omnium rerum naturalium. Ad quartum dicitur ꝙ ſpiritus domini in hoc loco intelligatur pro aere elementari eſt valde irrationabiliter dictum propter tria. primum: quia ſi in hoc loco ſpiritus domini accipitur pro aere elementari prout Ra. Moyſes ⁊ quidam alij volunt dicere ꝙ ſcriptura in hoc loco nominat quatuor elementa. terram. ſ. cum dicit Terra autem. Aquam vero cum dicit. Super aquas. Aerem cum dicitur Spiritus domini. Ignem vero cum dicit. Et tenebre erant. ⁊ hoc quia ignis vt dicunt in loco proprio non lucet: ſm hanc poſitionem nulla eſſet ratio propter quam aer qui dicitur ſpiritus magis appropriaretur deo vt ſic nominaretur ſpiritus domini quam elementum aque ſeu terre vel ignis quorum nullum in hoc loco tali modo nominatur: vt dicatur aqua domini terra domini. Secundum quia vt ex ſerie littere patet ſpiritus domini de quo hic agitur: ferebatur ſuper aquas ante earum diuiſionem que facta fuit ſecunda die per firmamentum diuidens aquas ab aquis. ⁊ ſic ferebatur indiſtincte ſuper aquas non ſolum inferiores ſed etiam ſuperiores: nulla enim diſtinctio aquarum legitur in prima die. Ex quo ſequitur ꝙ huiuſmodi ſpiritus adhuc facta diuiſione ferretur ſuper aquas ſuperiores cum in ſcriptura nulla fiat mentio de hoc ꝙ huiuſmodi ſpiritus domini congregaretur ſeu attraheretur ad hoc vt poſt aquarum diuiſionem ferretur ſuper aquas inferiores tantum: quod tamen eſſet valde inconueniens ⁊ contra mentem Ra. Moy. ⁊ Aliorum ſequentium qui ſpiritum in hoc loco dictum accipiunt pro aere elementari tantum cui nullo modo competit eſſe ſuper aquas: que ſuperiores ſunt celo ſydereo. Tercium: quia vt ex predictis patet Moyſes in toto proceſſu ſex dierum nunquam nominauit aerem etiam in loco vbi fuiſſet congruum aerem nominari: ſicut cum dicit. Producant aque volatile ſuper terram vbi congruum fuiſſet dicere producant aque ⁊ aer. ſimiliter ⁊ dicere vt volitent in aere ⁊ non ſolum ſub firmamento cum volucres pro maiori parte participant naturam aeream plus quam aqueam vnde in aere viuunt ⁊ nidificant pro maiori ſui parte: vnde earum volatus principaliter ad ornatum aeris pertinet: vt dicit magiſter in ſe. diſ. xv. ⁊ tamen in hoc loco nullam mentionem facit de aere propter eius inuiſibilitatem ⁊ propter imbecillitatem vt ſupra dictum eſt: non enim dicit de auibus vt volent in aere ſeu ſpiritu: ſed ſuper terram ſub firmamento celi pretermittens totaliter nominationem aeris: vnde eadem ratione cum dicitur. Spiritus domini non eſt intelligendum de aere de quo nunquam fecit mentionem in proceſſu ſex dierum: vt dictum eſt. Si autem contra hoc dicatur ꝙ ſi ſpiritus domini non poteſt hic intelligi de aere propter eius inuiſibilitatem: eo ꝙ illi inuiſibilia non percipiebant: ſequeretur a fortiori ꝙ non debeat intelligi de ſpirituſancto qui incorporaliter eſt magis inuiſibilis oculis corporalibus quam aer: cum ſit penitus incorporeus ⁊ immaterialis. Ad hoc dicendum ꝙ quantumcunque populus ille rudis fuiſſet ⁊ incapax ſpiritualium nihilominus neceſſe erat vt eis proponeretur primo ⁊ ſupponerentur quedam penitus inuiſibilia: ſicut deum eſſe: quia ſine hoc in vanum inſtruerentur de fide ſm quam accedentem ad deum oportet credere: quia eſt: vt ad Heb. xi. ca. Similiter licet anima humana ſit inuiſibilis de ſui natura tamen proponendum erat eis de ea in quantum ſm illam principaliter homo eſt capax remunerationis diuine: quod eſt principium in his que credibilia traduntur. vnde Apoc. cum dixiſſet. Accedentem ad deum oportet credere quia eſt: ſtatim ſubiunxit. Et inquirentibus ſe remunerator eſt. ⁊ ideo de anima humana circa formationem hominis expreſſam ſcripturam fecit mentionem dicens. Spirauit in faciem eius ſpiraculum vite. Gen. ij. cap. De inuiſibilibus ergo nulla mentio fit in proceſſu ſex dierum niſi tamen de deo ⁊ de anima humana: quorum cognitio ſaltem enygmatica neceſſaria eſt cuicunque fideli: vnde ſpiritus domini non inconuenienter in hoc loco accipitur pro ipſo deo: licet inuiſibilis ſit. De alijs vero inuiſibilibus quorum cognitio non eſt explicite neceſſaria omnibus fidelibus: ſicut eſt natura angelica vel aer elementaris ⁊ huiuſmodi pretermittitur mentio expreſſa in hoc loco iam dicta. Si autem abijciatur de primo mobili quod eſt inuiſibile ⁊ tamen ſm predictam expoſitionem de eo fit mentio cum dicit ſuper faciem abyſſi: vt dictum eſt. Dicendum ꝙ primum mobile ſatis eſt viſibile per ſuum effectum quod eſt motus diurnus ſolis ⁊ aliorum corporum celeſtium. Notandum etiam ꝙ antiqui expoſitores hebreorum notabiliſſime ⁊ compendioſe expoſuerunt predictum verbum: ſpiritus domini. in illo libro qui dicitur bereſith rabbaa. i. geneſis magnum: vbi ſic habetur interrogatorie quid eſt quod dicitur ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. Ad quod reſpondet: nil aliud eſt niſi ſpiritus meſſie de quo legitur. Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini. ſ. Eſa. xi. Ex quo dicto manifeſte datur intelligi ꝙ ſpiritus domini hic intelligitur ſpiritusſanctus qui eſt ſpiritus meſſie: in quantum ſm catholicam veritatem procedit a patre ⁊ filio: quiquidem filius eſt verus ⁊ benedictus meſſias. Ad quintum dicendum ꝙ per hoc ꝙ in hoc loco dicitur Ferebatur non debet intelligi aliquid paſſionis in ſpiritu domini: nec hec dictio merahephet: quod in hebraico in hoc loco ponitur eſt verbum paſſiuum ſed mere actiuum: ſignificans ꝙ ſpiritus domini fouebat ⁊ viuificabat aquas ad ſimilitudinem galline cubantis: ⁊ vitalem virtutem his que fouentur tribuentis: quequidem viuificatio in hoc loco intelligitur per primum motum qui eſt precipue viuificatiuus corporum naturalium: vt dictum eſt: vnde ſimile verbum omnino habetur Deut. xxxij. ca. vbi dicitur. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos ⁊c. que eſt propria ſimilitudo ad propoſitum: nam ſicut auis mouet pullos ſuos ad volandum ⁊ ſic eos fouet ⁊ viuificat: ſic deus primum mobile mouet ad viuificandas creaturas corporales: licet enim ſit aliqua intelligentia immediate mouens primum mobile de quo hic agitur: tamen prima cauſa ⁊ principalis huius motus deus eſt in quo omnes creature viuunt mouentur ⁊ ſunt: vt Act. xvij. ca. Allegorice ex ſequendo concordantiam antiquorum hebreorum predictam: qui ſpiritum domini qui hic ſuper aquas ferebatur exponunt eſſe ſpiritum meſſie: de quo dicitur. Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini: vt dictum eſt. notabiliter dici poteſt ꝙ ſicut ſpiritus domini viuificabat aquas ſcilicet corpora naturalia: vt dictum eſt: ſic idem ſpiritus dat vitam ſpiritualem per aquam baptiſmi: de qua Joh. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpirituſancto ⁊c. Sequitur in littera. Dixit deus. fiat lux. qualiter intelligatur quod dicitur deus dixit. Ambro. in Exa. declarat dicens. Non per organa vocis: nec per aerem iſtum quidam verborum ſtrepitus verberaretur: ſed vt voluntatis ſue eternam cogitationem proderet in operationis effectu: continuatur autem productio lucis ad predicta ſic: nam cum premiſſa fuerat circa creationem corporalem multiplex informitas vna. ſ. cum dicitur. Terra autem erat inanis ⁊ vacua. Alia cum dicitur. Tenebre erant ſuper faciem abyſſi. Conueniens ergo fuit vt informitas tenebrarum primo remoueretur per lucis productionem. Tum quia lux eſt qualitas primi corporis. Tum quia inter ceteras qualitates corporeas lux eſt ſpiritualior. vnde aug. in li. de li. arbi. dicit ꝙ lux in corporibus primum tenet locum. Tum propter communitatem lucis: in qua inferiora cum ſuperioribus communicant. Sed que ſit iſta lux varie traditur a doctoribus: quidam enim dicunt illam lucem fuiſſe quandam nubem lucidam que poſtmodum facto ſole in materiam preiacentem rediit: vel adhuc remanet ſoli coniuncta imperceptibiliter: vel ex illa nube formatum eſt corpus ſolis: quequidem tres poſitiones non ſolum ſunt improbande per rationem: vt in prima par. q. lxvij. art. iiij. in reſponſione ad ſecundum

Universidad de Salamanca. BGH

quia ſm Burgeñ. in eadem digreſſione: illa dicitur quaſi equiuoce aqua ꝑ quandã analogiã rõne diafaneitatis: nõ rõne grauitatis. Eſt eñi appetitus naturalis grauis motus ad centrũ intrinſecus ⁊ naturalis: vt docet be. Aug. iij. ſuper Geñ. ca. ix. ꝓpt hec ⁊ alia multa imaginatio ſua nõ videt poſſe ſtare: ſed ⁊ mirũ eſt ꝙ nullus philoſophoꝝ qui de naturis rerũ ⁊ earum cõnexione multa ſcripſerũt huiuſmodi eccẽtricitatẽ videre non potuerint quia de huiuſmodi nulla ſcripta reliquerunt: ⁊ manifeſtũ ſignuʒ ꝙ ſpera aque non ſit ecentrica ſed potius terre ⁊ vniuerſo concẽtrica videt eſſe tale: quia ceſſante lege quam deus poſuit aquis ⁊ giro vallante abyſſos: aqua naturaliter aridaʒ abſorberet: vt patet in diluuio. de quo ca. viij. infra: vbi etiaʒ Burgeñ. ſibijpſi cõtradictionẽ dicit: cum aqua ſit naturaliter fluida oportet ꝙ tẽpore diluuij orbiculariter ſe habuerit circa centrũ. i. terram. Congregationis igitur aquarũ vt appareret arida ꝓut ſupra dictuʒ eſt: principalis cauſa eſt diuina voluntas que terminum poſuit aquis: ne tranſirent fines ſuos nec aqua per poſitionem talis legis detinetur violenter: quia ꝙuis illa detentio ſit cõtra inclinationem naturalem grauis ad centrum: non tamen obedientialeʒ ſm quam deus poteſt facere quodlibet ex quolibet. Iteʒ in eodẽ ca. Burgeñ. querens occaſionem contra poſtillatoreʒ: dicit eum recedere a be. Augu. in hoc ꝙ dicit ad litteram per celuʒ nõ intelligi angelicam naturam: vbi dico ꝙ nec be. Aug. ad litteram ſic videtur exponere. ſed ꝙ Burgeñ. dicit talem acceptionẽ eſſe parabolicam non videtur verum: nam ſʒ Britonem parabola differt a metaphora. ⁊ paradygma. quia ſm donatum vt eum allegat Brito. parabola eſt rerum genere differentiuʒ cõparatio: ⁊ ſic ponitur ſemen ꝓ verbo dei. leo ꝓ chriſto ꝛc. In ꝓpoſito be. Augu. quia talem cooperationẽ exponẽdo non facit vt videtur non eſt expoſitio eius cõparabolica que ſolũ habet locum in his vbi res ſignificant non voces ad auctoris intẽtum: ⁊ in illo caſu parabolicus ſenſus non cõtinetur ſub litterali: ſed eſt vere litteralis quia a ſpirituſancto intẽtus: immo ſenſus parabolarũ ſm ſignificationem vocum ſepe falſus eſt: vt patet Iudi. ix. de lignis in conſilium conuenientibus ⁊ de electione regis loquentibus: ⁊ ſic de alijs paſſibus ſacre ſcripture. Ex quo bñ infertur ꝙ Burgeñ. in primo articulo ſue queſtionis preambule non ponit ſufficienter adequatam rationẽ ſenſus litteralis: cuʒ dicit ꝙ adequate ſit ille qui a deo intenditur: ⁊ per voces in littera ꝯtentas ſignificatur. Debuit eñi addere ꝓpter pmiſſa aut per res vocibus expreſſas ſignificatur. ⁊ hic eſt vere parabolicus: qualis nõ apparet ſenſus be. Augu. de quo ſermo preſens. Poſtillator igit verum dixit expoſitionem be. Augu. non eſſe litteralem: nec per hoc recedit a be. Augu. cuius expoſitio potius videtur allegorica ꝙ parabolica: quia ex alio aliud intelligitur. Ex celo ad litterã angelus per allegoriam: vt patet in glo. ordi. in pri. §. quatuor ſũt regule. cum etiam natura angelica ⁊ eius cognitio matutina aut veſpertina ſint a ſenſu noſtro valde remote. ideo cadere videntur ſub fide. iuxta vulgatum: vt dicitur fides eſt credere qđ nõ vides ſicqʒ ad allegoriam eius expoſitio pertinet iuxta cõmune dictũ. Littera geſta docet. quid credas allegoria ꝛc. Huic igitur expoſitioni poſtillator non contradicit: ſed eam quaſi non litteralem dimittit: ſicut ⁊ ipſemet Burgeñ. Item in eodem ca. vbi poſtillator mota queſtione quare ſecũda die facta non dicũtur bona ſicut alijs diebus. tres reſponſiones adducit. quarum primam dicit truphaticam. ſcđam abijcit tanqʒ non fundatam. terciaʒ approbat a Ra. ſa. acceptam. in quo paſſu Burgeñ. dicit euʒ in tribus deuiare a rectitudine: quia rationem ſanctoꝝ irreuerenter dicit truphaticam. Secũdo quia contra eos non adducit validaʒ rationem. tercio quia veram reſpõſionem attribuit infideli que tñ in noſtra gloſa continetur cui potius debuit honorem exhibere. Quo ad primũ reſpondeo ꝙ poſtillator non truphatur de ſanctis doctoribus ſed imperitis lectoribus: qui id ꝓ ſenſu litterali eligunt: qđ ſancti myſtice per quaſdã particulares cõgruentias adducunt: vt patet in multis lecturis ſuper Geñ. Quo ad ſcđʒ dico ꝙ ratio poſtillatoris valida eſt ad ꝓbandum ꝙ binarius non eſt generaliter infamis: quia etiaʒ laudabilis in ſcriptura reperitur. Eſt igitur illa ratio ſanctoꝝ fundata ſuper quibuſdã incõgruentijs binarij: non ſuper ratione eius eſſentiali: quia alias omnis binarius eſſet infamis: qđ efficaciter improbat ratio poſtillatoris. Quo ad tercium ratio lr̃alis quaʒ poſtillator ſumit a Ra. ſa. non eſt in glo. noſtra vt Burgeñ. dicit. ſed gl. videtur ſentire oppoſitum illius rationis lr̃alis. dicitur eñi in glo. allegante Bedã ſuper illo verbo. ⁊ vidit deus ꝛc. Nondum terra germinabat: nec aqua animantia viua ꝓduxerat: ⁊ tamen dicitur deus videre ꝙ eſſet bonũ cedentibus aquis apparuiſſe aridam: quia vniuerſitatis eſtimator preuidẽs que ſunt futura: quaſi iam perfecta laudat: que adhuc in primo operis exordio ſunt: quia apud eum rerum perfectio non in conſũmatione eſt operis: ſed in predeſtinatione voluntatis. Hec glo. ſi Burgeñ. ⁊ nobis cõmunis eſt glo. ordinaria mirũ eſt quod obijcit cum ipſa gl. ponat ad queſtionẽ predictam hanc primã rationem non terciam: ꝓut Burgeñ. fingit. Item in eodem ca. cum dicitur. Protulit terra herbam ꝛc. poſtillator dicit intelligendũ eſſe paſſiue: quia actiue a ſolo deo hec virtꝰ germinandi fuit. Contra qđ Burgeñ. adducit be. Aug. dicentem. Cauſaliter dictum eſt ꝓduxiſſe terram herbam lignũ ꝛc. i. ad ꝓducenduʒ accepiſſe virtutem. Ex quo dicto arguit Burgeñ. terram etiam actiue ꝓtuliſſe ibi in lr̃a enumerata. ſed non videtur Burgẽ. bene inferre ex dicto be. Aug. quia illa enumerata in lr̃a ſunt ſubito ꝓducta in eſſe perfecto: quia herbe habentes ſemen ⁊ lignum habens fructum in quibus modis ꝓducendi creatura non poteſt actiue cõcurrere: quia deus res ſic condidit vt eas ꝓprios motus habere ſinat. ꝓprius autem motus creaturarum non eſt ſubitus nec ad terminũ primo perfectum: ſed via generatiõis eſt ab imperfecto ad perfectũ. ideo embryo primo viuit vita plante. dehinc animalis. poſt hoĩs: vt dicit Ariſto. de animalibus. imo generale eſt ꝙ primũ perfectione eſt vltimũ in via generationis: ⁊ econuerſo. nec videt cõcurrere in generatione plantarum ⁊ reliquoꝝ niſi materialiter: nec poteſt hodie actiue cõcurrere: quia miniſtrat ſolum materiam generatiõis ⁊ qꝛ mã ẽ vna de ꝗtuor cauſis cauſalit dici potuit: ⁊ ꝓtulit terra ſic dictum be. Aug. per Burgeñ. adductum accipiendum videtur: actiue autem a ſolo deo prime: ⁊ tunc per virtutem ſeminalem inditam ab eodem vt ſonat lr̃a. Ad idem glo. interlineans. ⁊ factum eſt. gloſa caſualiter. ⁊ ꝓtulit glo. actualiter. Item in eodem capitulo vbi poſtillator notauit ſanctum Tho. dicentem ꝙ ex luce prima die facta corpus ſolis fieri non potuit Burgeñ. in defenſione ſancti Tho. exardeſcens paſſionibus permouetur. ⁊ dicit poſtillatorem dicta ſancti Tho. nõ vidiſſe in hoc loco qui tñ vt apparet clarius ⁊ magis intime vidit ꝙ ipſe Burg. Qui eñi ad illa dicta ſine paſſione reſpicit clare cognoſcit: ꝙ improbatio tercie opi. innititur eideʒ medio ſicut improbatio prime opi. illi videlicet ꝙ qꝛ nihil fuit in principio conditum cito poſt corrũpendum. ideo lux prime diei ſole facto non redijt in preiacentem materiam. Qđ autem ꝓbatio tercie opi. innitatur eidem medio patet ſic: nam tercia opi. per eum adducta eſt illa ꝙ corpus ſolis quarta die factum ſit ex luce prima die ꝓducta. hanc improbans idem ſanctus Tho. dicit eſſe incõueniens ſi ponatur corpus ſolis nõ eſſe de natura quatuor elementoꝝ: ſed eſſe per naturam incorruptibilem. qm̃ ſʒ hoc materia eius nõ poteſt eſſe ſub alia forma. hec ille. Ex qua obiectione duo ſequi vidẽtur. Primũ ꝙ ex illa luce ſine ſui corruptione corpus ſolis fieri nõ potuit: qꝛ materia ſolis nõ potuit fuiſſe ſub alia forma ſine corruptiõe prioris cuius forme corruptio nõ erat cõueniẽs ꝓpter mediũ per qđ pma opinio fuit improbata videlicet ꝙ nihil fuit in principio cõditũ cito poſt corrũpendũ. hoc intrinſecus poſtillator videns rõnabiliter dixit ſolẽ factũ ex illa luce: nõ obſtãte obiectione ſancti Tho. i. par. ſum. q. lxvij. art. vlt. in rñſone ad ſcđʒ arg. Scđʒ ꝙ ſequi vr̃ ex illis dictis eſt ꝙ nulla materia exñs ſub forma priori põt eẽ ſub forma poſteriori niſi priori corrupta. iõ reprobat opinionem terciã: qꝛ forma ſolis ſpecifica formã lucis genericaʒ nõ cõpatit. iõ ex luce nõ potuit fieri ſol niſi forma lucis corrũperetur. qđ eſt incõueniens ꝓpter mediũ. ꝑ qđ prima opinio ſm euʒ fuit improbata. ⁊ ꝙ ꝙ illud dictũ incidit in errores cõdẽnatos Oxonie. inter quoſ habet ſic dicere tñ vnã formã ſubalẽ in qlibet cõpoſito: error tñ cũ eodẽ dcõ ſctũs Tho. incidit ĩ id qđ ĩprobat qñ põit aues ⁊ piſces factos ex natura elemẽtoꝝ qꝛ ex h̃ forme elemẽtoꝝ poſitiõe formarũ piſciũ ⁊ auiũ fuiſſent corrupte ſʒ eũ. ꝑ ꝯſequẽs aliqd ĩ pncipio ꝓductũ cito pꝰ corruptiõi fuiſſʒ obnoxiũ. Nec valet euaſio Burgeñ. de parte ⁊ toto: qꝛ ſm hoc de aliqua portiõe lucis corpꝰ ſolis ꝓductũ fuiſſet ſine totiꝰ lucis corruptiõe. Itẽ in eodeʒ ca. vbi de ꝓductiõe piſciũ ex aqua poſtillator dixit hãc ꝓductionẽ actiue eſſe a ſolo deo. paſſiue ab elemẽtis. Burgeñ. dicit ꝙ cã pma nõ ſemꝑ excludit actionẽ cãꝝ ſcđaꝝ: volẽs ꝯ poſtillatorẽ: ꝙ elemẽta etiã actiue ad ꝓductionẽ piſciũ cõcurrerint ſicut ſupra correctorio quinto de ꝓductione herbaꝝ ⁊ arboꝝ a terra. dr̃ aũt hic ſicut ibi. In ſpãli tñ dico ꝙ ſi in rerũ ꝓductiõe pma cã ſcđaꝝ cãꝝ actionẽ nõ excludit: excludit tñ certũ modũ agẽdi vel coagẽdi. ſ. ſubito: ĩ quo mõ creata virtꝰ coagere nõ poteſt: multo minꝰ tũc. bñ igit dictũ ẽ ꝙ actiue a ſolo deo piſces ⁊ cetera a pncipio creata ſunt. Idẽ in eodẽ ca. vbi dr̃. Creauit deꝰ cete grãdia. poſtillator reprehẽdit iudeos in Thalmudicis cõtet ſtudẽtes: ⁊ ſimplices



Universidad de Salamanca. BGH

⁊ et eis docentes ⁊ errantes ⁊ errare facientes. quam reprehenſionē burgēſ. egreferens: quaſi adhuc affectione ſanguinis iudaizans dicit nō eē vtilem talem reprehenſionē: cū non oēs iudei ſic errent: et ſic credunt nos fingere mendacia contra eos. ⁊ per cōſequens minus per nos poterūt ad fidē reduci. Reſpōdeo ego ꝙ nō pñt eſtimare per nos cōficta mendacia⁊ qd clare ſciūt in ſuis thalmudicis cōtenti ⁊ fortaſ ſe talis reprehēſio coopatur ad eoꝝ reductionē qñ ex ea vident ſuos mgros et apud iudeoꝝ cōitatem auctēticos ita male debe vniudic et futura vita ſentire.

Capitulum. ij.

Igit pfecti ſūt ⁊c̄. Poſtq̄ deſcripſit Moyſes homis formationē ꝓpter ques alia fuerūt ꝓducta. Hic conſequēter deſcribit hoīs formati ſtatum ſiue conditionem. Et quia ex fine ſumitur ratio eoꝝ que ſūt ad finem. ideo primo deſcribitur ipſius hominis vltimus finis. Secundo explicatur magis modus ſue formationis: ibi. Iſte ſunt generationes. Tercio deſcribitur locꝰ ſue habitatiōis: ibi. Plantauerat aūt. Quarto actus multiplicatōis: ibi. Dixit quoq̄ ⁊c̄. Circa primū ſic ꝓcedit: q2 primo cōtinuātur dicta dicendis. Scđo deſcribit ipſius hoīs finis: ibi. Et bñdixit deus. Circa pmū cōtinuat de opibꝰ ſex dieꝝ ad diē ſeptimū i quo quieuit: dicēs. a Igit perfecti ſunt celi ⁊ terra. ſex predictis diebꝰ per opus diſtinctiōis ⁊ ornatus: vt predictū eſt. b Cōpleuitq̄ deus die ſeptimo. Alia tranſlatio habet ſexto die: ⁊ vtraq̄ vera eſt: vario tñ mō. Eſt eñ duplex cōpletio vł perfectio alicuiꝰ rei. Prima ē qñ aſſequit formā debitā ſicut ignis qñ per generationē aſſequit formā igneitatis et qualitatū ꝯcomitantiū. Alia eſt perfectio ſeu cōpletio: qñ erit in operationē ſibi debitā: ſicut qñ ignis calefacit vel generat ignē. Et prīa pfectio ordinat ad ſcđam: q2 forma eſt ꝓpter operationē igit q2 ſex diebꝰ perfecte ſunt creature in ſuis formis ⁊ ꝓprietatibꝰ. iō ſexto die cōpleuit deꝰ opus ſuū q̄tū ad primā pfectionē ſed q2 a ſeptimo die dr̄ incepiſſe tp̄s adminiſtratiōis ⁊ gubernatōis reꝝ ſicut ſex dies precedētes dicūtur tp̄s ꝓductiōis: ita dies ſeptimꝰ et deinceps dr̄ tp̄s gubernatiōis. per gubernationē eñ res applicātur ad ſuas operatiōes. iō dr̄ deꝰ die ſeptimo cōpleuiſſe opus ſuū q̄tū ad ſcđaꝫ perfectionē. ⁊ de iſto ope adminiſtratiōis ⁊ gubernatiōis reꝝ ſaluator dicit Joh. v. Pater meꝰ vſq̄ mō operat ⁊ ego operor. Aliter etiā pōt dici: q2 deus potuiſſet plures ſpecies addidiſſe ſpeciebꝰ iā productis. de agēte aūt potente noua opera addere ſuo operi: nō dr̄ ꝙ impleuerit opꝰ ſuum donec videat requieſcere et ceſſare a nouis cōdendis: hoc autē apparuit ſeptimo die ⁊ nō ante. c Et requieuit ſeptimo die. ſ. a nouis creaturis ꝓducēdis: q2 nihil eſt factū poſtea: qđ tūc nō fuerit factū in operibus ſex dieꝝ: vel in ſuo ſimili: vel in ſuis cauſis. Aliter exponit ꝓut requies ponitur ꝓ cōpletiōe deſiderij: et ſic deus requieuit in ſeipſo: q2 in ſeipo beatꝰ ē: creaturis nō indigēs: et ad hoc deſignandū nō dr̄ ꝙ q̇euit in ope ſuo: ſ3 ab ope. ſ. ceſſās: et i ſeipo bñficere q̇ſcēs. d Et bñdixit. Hic deſcribitur ipſius hoīs finis. Ad cuius intellectuꝫ cōſiderandū ꝙ experientia docet appetitū hoīs nō quieſcere totaliter in adeptiōe cuiuſlibet boni finiti: ſed adepto illo vlteriꝰ tendit per deſideriū: adepto aūt fine vltimo totaliter quieſcit: ſicut lapis in centro. ⁊ per hoc arguit ꝙ finis vltimꝰ ipſius hoīs nō cōſiſtit in adeptiōe cuiuſlibet boni finiti ſed ſolū in adeptiōe boni infiniti: qđ eſt ſolus deus. Unde dicit Auguſti. in libro cōfeſſi. Inquietum eſt oñe cor meū donec requieſcat in te. ſcꝫ per cognitionē et amoreꝫ. Itē experimur ꝙ q̄tumcūq̄ cognoſcat deꝰ ab hoīe per effectū: nō terminat hoīs deſiderium donec cognoſcat per ſeipm̄. Ex quo concludit vlterius ꝙ vltimus finis hoīs cōſiſtit in viſione dei per eſſentiā. ꝓut in ſe includit fruitionē. vñ Joh. xvij. Hec eſt vita eterna: vt cognoſcant te deum ⁊c̄. Iſta aūt beatitudo in pñti vita quodāmodo inchoatur per hoc ꝙ mens humana a terrenis eleuatur et occupatur in cōtemplatiōe ſui creatoris: in enigmate tamē perficit autem per hoc ꝙ homo perducit finaliter ad eternam viſionē: ⁊ ad hoc deputat dies ſeptima: vt homo vacet a terrenis: et circa diuina occupet: ⁊ hoc ē quod dicitur. d Et benedixit ⁊c̄. et ſanctificauit illum. i. ad diuina obſequia applicauit. Sanctificatio eñ in vna ſignificatōe idē eſt ꝙ applicatio ad diuina obſequia. Uñ etiā res inanimate que per benedictionē vel cōſecrationē applicate ſunt diuino cultui. ſcꝫ eccleſie materiales ⁊ veſtes dicūtur ſancte vel ſāctificate. e Quia in ipſo ceſſauerat. requieſcēdo in ſeipſo vt predictum eſt. Et p h̄ deſignat ꝙ hō die ſeptimo dꝫ ceſſare ab opibus terrenis: ⁊ requieſcere i deo ꝑ cōtemplationē et amorem.

Igitur[a] pfecti ſunt celi ⁊ terra et omnis ornatus eorum. Cōpleuitq̄[b] deꝰ die ſeptimo opus ſuum quod fecerat: et[c] requieuit die ſeptimo ab vniuerſo ope qđ patrarat. Et[d] benedixit diei ſeptimo: et ſanctificauit illuꝫ: q2[e] in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo quod creauit deus vt faceret. Iſte[f] ſunt generatiōes celi et terre quādo create ſunt in[g] die quo fecit deus celum et terram: et[h] omne virgultū agri antequā oriretur in terra: omnemq̄ herbaꝫ regionis priuſq̄ germinaret. Non[i] enim pluerat dñs deus ſuper terraꝫ: et[k] homo nō erat qui operaretur terrā. Sed[l] fons aſcendit e terra: irrigans[m] vniuerſaꝫ ſuperficiē terre. Formauit[n] igitur dominus deus hominem de[o] limo terre: et[p] inſpirauit in[q] faciem eius ſpiraculuꝫ vite: et[r] factus eſt homo in animam viuentem. Plantauerat

f Iſte ſunt generatiōes. Hic cōſequēt explicat formatōeꝫ hoīs. Et q2 ſicut dictuꝫ eſt oīa creata ſunt q̄dāmō ꝓp hoīem. iō pmo recapitulat creationē aliorū aliq̄d ſuperaddendo. ⁊ ſcđo explicat formatōeꝫ hoīs: ibi. Formauit igit ⁊c̄. Dicit ergo. Iſte ſunt generatiōes ⁊c̄. ſ. que pdicte ſūt in operibꝰ ſex dieꝝ. g In die. i. in diebꝰ ſm modū hebraici ſermonis in quo frequēter ſingulare accipit ꝓ plurali. vñ. Exo. viij. Uenit muſca grauiſſima. i. mł'titudo muſcarū. h Et oē virgultū agri ⁊c̄. qđ factū eſt tercia die: ⁊ hoc virtute diuina et nō virtute nature: cū declarat cū ſubdit. i Nō eñ pluerat. Herbe eñ ⁊ arbuſta que virtute nature producuntur oriūtur cōmuniter ex humore terre qui fit per pluuiam: et ex labore hominum per agriculturam: quia ars adiuuat naturā: et vtrūq̄ remouet a terrenaſcētibꝰ ꝓductis tercia die. d. i Nō eñ pluerat ⁊c̄. q̄tum ad primū. k Et hō nō erat q̇ operaret terrā. q̄tū ad ſcđm: q2 adhuc nō erat formatꝰ hō ⁊c̄. l Sꝫ fons aſcēdebat. Oſtēdit modū q̄uo ſcđa ē illa ꝓductio ex pte materie. ſ. ꝑ h̄ ꝙ aque latētes ſub terra diſcooperta aquis diuina volūtate aſcēderūt vſq̄ ad ſupficiē terre ꝑ modū fontis in qualibet pte terre vbi erāt plāte ⁊ herbe ꝓducēde: et ſic ex aqua ⁊ terra ſił cōmixtis ꝓducte ſunt diuina virtute herbe ⁊ plāte pfecte ſm ſpēs ſuas ⁊ fructꝰ: ⁊ talē cōmixtionē aque cū terra vocat hic irrigatiōeꝫ. cū dr̄. m Irrigās vniuerſam ſupficiē terre. hebrei aūt dicūt ꝙ nō dꝫ dici fons ſꝫ nubes: et dicūt ꝙ hec eſt veritas lr̄e. Et nubes aſcēdet de terra. ⁊ tūc iſta lr̄a nō eſt referēda ad terrenaſcētia ꝓducta tercia die: ſꝫ ad ea que poſtea ꝓducta ſūt virtute nature: ac ſi diceret ſcriptura: lꝫ herbe ⁊ plāte tercie diei nō ſint ꝓducte per pluuie humorē. ille tñ que poſtea ꝓducentur virtute nature ſic ꝓducētur: ꝙ aſcendet nubes per vapores de terra: et cōuertet in pluuiā irrigātē terrā ad plātaꝝ ⁊ herbaꝝ germinatōeꝫ. n Formauit igit. Hic explicat formationē hoīs magis q̄ ſupra fecerat. fecerat eñ mentioneꝫ de fine hoīs ſupnaturali. ideo debuit oſtēdere cōſequēter ꝙ in hoīe eſt forma nō educta de ſemine per generationē: ſꝫ magis a deo ꝑ creationē ꝑ quā trāſcēdit naturam corporaliū. ⁊ ſic capax eſt dei per cognitionē ⁊ amorē: et q2 nobilior forma exigit materiā nobiliori mō diſpoſitā. iō vtrūq̄ oſtendit dicēs. n Formauit igit ⁊c̄. In ꝓductiōe eñ alioꝝ aīaliū dicit ſupra. Et ꝓtulit terra vł aqua ⁊c̄. q2 corpora aīaliū: piſciū et auiū nō ſunt ita nobiliter diſpoſita vel complexionata ſicut in hoīe. dicit igit formauit. ac ſi diceret diligentiꝰ ac nobilius diſpoſuit. o De limo terre. ad oſtēdēdū ꝙ hō in hoc conuenit cū alijs aīalibus q̄tū ad rōnē materie longinque. Hebraica lr̄a hꝫ. De puluere terre. ſꝫ illud qđ dr̄ ifra. iij. ca. Puluis es: ⁊ in puluerē reuerteris. p Et inſpirauit. ad oſtēdendū ꝙ aīa hominis eſt ab extrinſeco ꝑ diuinā creationē et infuſionē: q2 ſił a deo creat et corpi infundit. q In faciē eius ⁊c̄. q2 ſenſus magis apparēt in facie q̄ in alijs partibꝰ ſicut apparet in viſu: auditu: olfactu: et guſtu. tactus aūt ꝑ totū corpꝰ diffuſus eſt: lꝫ magis vigeat in corde. r Et factus ē hō in aīaꝫ viuentē. i. hñtē vitā ſm quatuor gradus vite quos enumerat phs. ij. de aīa. ſ. ſenſitiuū: vegetatiuū: motiuū ſꝫ locū ⁊ intellectiuū. s Plantauerat aūt. Hic cōſequenter deſcribit locꝰ habitatiōis ipſius hoīs ꝓ ſtatu innocētie: et pmo deſcribit huiꝰ loci productio. Secūdo eius ꝓprietas ſiue cōditio: ibi. Produxitq̄ dñs. Tercio hominis inhabitatio: ibi. Tulit igit. Circa primū cōſiderādū ꝙ hō factꝰ eſt immortalis nō per naturā: quaſi nō potēs mori ſicut angelus. ſed per gratiaꝫ. i. potens non mori: q2 poterat ſeruare innocētiā quā ſi ſeruaſſꝫ necessitatē moriēdi nō incurriſſet. ⁊ iō talis imortalitas nō erat per qualitates corpis intrinſecas: que redderent eū impaſſibilem ⁊ incorruptibilē: ſicut poſt reſurrectiōeꝫ qñ anima ſua cōicabit corpi ꝓprietatē. ſ. incorruptibilitatē quo ad oīa. ſed ⁊ impaſſibilitatē m̄ h̄ q̄tū ad electoſ. ſꝫ erat magis per remotionē eoꝝ que poterant eū corrūpere: que quidem remotio ꝓuꝫ erat et diuina prouidentia ſibi aſſiſtente ⁊ precauente corrūpentia ab extrinſeco. ſ. vulneratiōes: leſiones: intoxicatiōes: ⁊ hmōi. partim aūt virtute aīe diuinitꝰ ſibi collate per quā poterat pſeruare corpꝰ a diſtēperātia humoꝝ ⁊ ab infirmitatibꝰ inſurgēabꝰ: nūc aūt ita eſt ꝙ inter corrūpentia ab extrinſeco que diuina ꝓuidentia pcauebātur cōnnēs eſt vnū. ſ. locus prauus aut corruptꝰ: ꝓpter qđ deꝰ ꝓuidit hoī de loco cōueniēti q̄tū ad aeris tempeiē ⁊ loci amenitatē. Et h̄ ē qđ dr̄. t Paradiſū voluptaꝫ. i. delicioſitaꝫ. ⁊ amenitaꝫ. v A pncipio. ſ. tercia die qñ p̄ producte ſūt plāte. Hebrei hic dicūt. In oriente. dictio eñ hebraica que hic ponit vno mō ſignificat anteceſſionē: loco cuiꝰ trāſlatio nr̄a hꝫ a pncipio. Alio mō ſignificat partē orietalē: ⁊ ſic dicūt hebrei ꝙ hec ē lr̄a. ⁊ plantauit deus virgultū in delitijs oriētis. ⁊ in iſta expoſitiōe cōueniūt aliq̄ doctores catholici exponētes a pncipio. ſ. loci nō tpis: q2 ps oriētalis terre illa ē nobilior ſicut ⁊ dextera pars in hoīe. ⁊ pars orientalis dextera vocat a phis. Oēs aūt qui loquūtur de ſitu paradiſi terreſtris ponūt eū eē in partibꝰ oriētis: verūtñ in quo oriēte varie loquūt. Phs eñ. ij. metheororū dicit ꝙ int duos tropicos nō pōt eē regio habitabilis ꝓpt nimiā caliditatē: q2 ibi trāſit ſol bis in anno: ⁊ illi qui ſequūtur hoc dictū Ariſtotelis neceſſe hñt dicere ꝙ paradiſus terreſtris ſit extra tropicos verſus orientē eſtiualē vel hyemalem. Alij vero dicūt ꝙ inter duos tropicos ſub equinoctiali circulo regio eſt tēperatiſſima: qđ etiā aſſerit frater Johes d pecham in tractatu ſuo de ſpera pluribꝰ rōnibus: quas ꝓpter plixitatē hic omitto: ⁊ ſm iſtos paradiſus terreſtris ē in oriente equinoctiali. x In quo poſuit ⁊c̄. per hoc oſtēdit ꝙ adā fuit formatus extra paradiſum: ad oſtēdendū ꝙ ille locꝰ nō debebat ſibi ex natura ſꝫ ex grā: ſicut ⁊ imortalitas pdicta. y Produxitq̄ dñs deꝰ de humo. Hic cōſequēter deſcribit loci producti ꝯditio cū dr̄ produxitq̄ dñs deꝰ ⁊c̄. hoc factū eſt tercia die: ⁊ hoc repetitur ad explicandū paradiſi cōditionē. a Omne lignū pulchrum viſu ⁊c̄. vt eēt hoī ad eſcā: q2 habebat vitā aīalē cibis indigentē. lignū ēt vite ad impediēdū ſenectutē. Ad cuiꝰ itellectū ſciēdū ꝙ ad vitā aīale cōtinuādā requirit cibꝰ per quē reſtaurat humidū deperditū per actionē calidi naturalis. verūtñ iſta reſtauratio nō fit ſm equalētiā: vt dicit phus primo de generatiōe: q2 caro generata ex alimento impurior ē q̄ prima ſicut ⁊ vinū generatū ꝑ aque appoſitionē ⁊ cōuerſionē: q2 ſi cōtinuaret talis appoſitio vinū fieret aquoſum et tandē deficeret ſpecies vini. Et eodē mō q2 caro generata ꝑ alimētū impurior ē: ⁊ ꝑ talē cōtinuationē inducit ſenectꝰ in qua carnes ſunt impuriores et tandē deficit vita. igit q2 ſicut dictū ē hō factus ē in vita aīali in qua calidū cōſumit humidū indigebat eſu lignoꝝ de quibꝰ hic dr̄. Omne lignū pulchrū et ad veſcēdū ſuaue: ſed ad hoc q̄ pdicta reſtauratio fieret ſm equiualētiā: ⁊ ꝑ cōſequēs impediret ſenectꝰ: indigebat eſu ligni vite: qđ ꝓp hoc ſic nominat. ⁊ hoc ē qđ dicit Aug. xiiij. de ciui. dei. ꝙ cibꝰ aderat hoī ne eſuriret: potus ne ſitiret: lignū vite ne illuꝫ ſenectꝰ diſſolueret. ſequit. b Lignūq̄ ſciētie boni et mali. dicit ioſephꝰ p̄ libro antiquitatū ꝙ fructꝰ illiꝰ arboris habebat virtutem accelerandi et acuēdi vſum rōnis: ſed hoc ē falſum: q2 ad hoc nō ſe extendit virtꝰ corporalis: et hoc etiā ifra magis reprobat. ⁊ iō dicūt doctores catholici ꝙ dictū ē lignū ſcīe boni et mali ex euentu cōſequēti: q2 ꝑ eſuꝫ illiꝰ ligni hō experimētaliter cognouit quāta eēt diſtātia inter bonum obediētie et malū inobedientie. c Et fluuius egrediebatur ⁊c̄. Hic deſcribit amenitas paradiſi q̄tū ad irrigationē cū dr̄. Et fluuiꝰ egrediebat: q2 ibidē de fonte vel fontibꝰ oriebat ad irrigādū totū paradiſum: q2 ꝑ illū trāſibat ad amenitateꝫ loci et fructificationeꝫ. d Qui inde ⁊c̄. i. flumina pncipalia: que deriuātur extra paradiſū. iō ſequit. e Nomen vni Phiſon. a fertilitate piſciū: vel q2 terrā ꝑ quā trāſit fertilem facit. Phiſon eñ in hebreo habūdātiā ſignificat vł fertilitatē: et iſte fluuiꝰ aliter noiat gāges. f Ipſe ē qui ⁊c̄. Euilath quedā regio ē indie ſic nominata ab Euila filio ſcrā de quo habet ifra. x. ca. g Ubi naſcit aurū. dicit eñ Plinꝰ ꝙ terra indie pre ceteris abūdat in venis aureis. h Et aurū ⁊c̄. q2 regio euilath hꝫ meliꝰ aurū q̄ cetere regiōes indie. i Ibiq̄ inuenit bdelliū. arbor ē aromatica ſꝫ ꝙ in libro de ꝓprietatibꝰ rerū habet. Hebrei dicūt h̄ cryſtallꝰ. ⁊ hꝫ apparētiā: q2 numerat cū alio lapide: vñ ſequit. k Et lapis onychinꝰ. ſic noiatꝰ ꝓp ſilitudinē quā hꝫ in colore cū vngue humano. Onix eñ grece idē ē ꝙ vnguis latine. l Et nomē ⁊c̄. gyon ipſe ē Nilꝰ. m Ipſe ē ⁊c̄. ⁊ inde deſcēdit in egyptum. n Nomē vero tercij ⁊c̄. ſic noīatus a velocitate curſus. Tigris eñ ē aīal velociſſimū hñs curſum. o Fluuiꝰ aūt ⁊c̄. De curſu iſtiꝰ ſcriptura non facit mentionē: q2 erat viꝰ terminꝰ terre iſrł. ⁊ iō curſus eiꝰ erat ſatis notꝰ filijs iſrł: qbꝰ moyſes ſcribebat. Sꝫ ꝯ pdicta vr̄ q2 origines iſtoꝝ fluuioꝝ inueniūt ab hoībꝰ ex paradiſuꝫ: et iō nō vr̄ ꝙ inde deriuēt. Ad qđ dicēdū ꝙ frequēter viſū ē aliqua magna flumina abſorberi in terra: que currētia ſub terra ꝑ magnū ſpaciū poſtea egrediūtur alibi: ⁊ ſic videt ibi oriri: cū tñ pma origo ipſoꝝ ſit alibi. et ſic pōt dici de pdictis fluuijs paradiſi. p Tulit ergo dñs ⁊c̄. Poſtq̄ deſcripſit paradiſi ꝯditioneꝫ hic deſcribit eiꝰ habitationē dicēs. Tulit g̃ ⁊c̄. de loco in quo formauit eū extra paradiſuꝫ: vt pdictū ē. Et dicūt aliq̄ ꝙ formatꝰ fuit i agro damaſceno. q Et poſuit eū ⁊c̄. tanq̄ in loco cōueniēti ſtatui innocētie. r Ut operaret ⁊c̄. Hoc dupliciter exponit. Uno mō vt operari et cuſtodire referat ad deū actiue: vt ſit ſenſus. Deꝰ poſuit hoīeꝫ in paradiſo vt operaret ipꝫ hoīeꝫ bñficijs ſue grē ipm pficiēdo et cuſtodiret illū in paradiſo terreſtri ad tp̄s donec eſſꝫ ad celeſtē gloriā trāſferēdꝰ. Alio mō exponit vt referat ad hoīeꝫ ſic intelligēdo ꝙ deꝰ poſuit hoīeꝫ in paradiſo vt hō operaret ibi nō ope laborioſo ſed magis delectabili ad experiētiā et exercitiū ſue volūtatis. s Et cuſtodiret illū. nō ab inuaſoribꝰ ſed ſeruādo iuſticiā originalē: ne ꝓp peccatū ſuū inde abijceret. t Precepitq̄ ei dicēs. de oī ligno ⁊c̄. tenebat eñ ad cōſeruationē ſui comedere de alijs lignis et de ligno vite vt pdictū eſt ſed q2 lignū ſciētie boni et mali excipiebat: iō ſubdit. v De ligno aūt ⁊c̄. Et iſtud pceptū fuit negatiuū: ⁊ quātū ē ex ſe valebat ad exercitiū virtutis obediētie: et q2 inobediētia meret penā: iō ſequit. x In quacūq̄ eñ die ⁊c̄. id ē neceſſitatē moriēdi icurres: iō in hebreo habet moriēs morieris: q2 guſtato ligno nō ſtatim mortuꝰ ē ſed incepit ad mortē tēdere. y Dixit q̄q̄ deꝰ nō ē bonū. Hic cōſequēter deſcribit humane nature mł'tiplicatio ⁊. q2 iſta mł'tiplicatio fit ꝑ gnātiōeꝫ ad quā reqrit cōiūctio maris ⁊ femine: iō pmo explicat mulieris formationē: ſcđo eiꝰ ꝯiūctionē mrīmonialē: ibi. Dixitq̄ adā: hoc nūc os. Adhuc pmo ponit formatiōis ratio: ſcđo ſubiūgit ipſa formatio: ibi. Miſit ergo dñs deꝰ ſoporē. Ratio aūt

aūt dñs deus paradiſum[t] voluptatis a[v] principio in[x] quo poſuit hoīeꝫ quē formauerat. Produxitq̄[y] dñs deus de humo oē[a] lignū pulchrū viſu: ⁊ ad veſcendū ſuaue: lignū etiam vite in medio paradiſi: lignūq̄[b] ſcie boni ⁊ mali. Et[c] fluuiꝰ egrediebat d loco voluptatis ad irrigādū paradiſuꝫ: qui[d] inde diuidit in quatuor capita. Nomen[e] vni Phiſon: ipſe[f] ē qui circuit omnē terrā Euilath vbi[g] naſcit aurū: ⁊[h] aurū terre illiꝰ optimū eſt: ibiq̄[i] inuenit bdellium et[k] lapis onychinus. ⁊[l] nomen fluuij ſecundi Gyon: ipſe[m] ē qui circuit omnē terraꝫ Ethyopie. Nomen[n] vero fluminis tercij Tigris: ipſe vadit contra aſſyrios. Fluuiꝰ[o] autem quartus ipſe eſt eufrates. Tulit[p] ergo dominꝰ deus hominem: et[q] poſuit eum in paradiſuꝫ voluptatis vt[r] operaret et[s] cuſtodiret illum: pcepit q̄[t] ei dicēs. De[v] oī ligno padiſi comede d[u] ligno aūt ſcie boni et mali ne comedas. In q̄cūq̄ eñ die comederis ex eo morte morieris. Dixit[y] quoq̄ dominus





Universidad de Salamanca. BGH

deus nō[z] eſt bonū hoīeꝫ eē ſolū faciamꝰ[a] ei adiutoriū ſimile[b] ſibi. Formatis[c] igiť dn̄s deus de humo cūctis animātibus terre et uniuerſis uolatilibus celi: adduxit ea ad adā: ut[d] uideret qd uocaret ea. oīe[e] enī qḋ uocauit adā aīe uiuētis ipm ē nomē eiꝰ appellauitqꝫ Adam noībꝰ ſuis cūcta animātia: ⁊ uniuerſa uolatilia celi: ⁊ omnes beſtias terre. Ade[f] uero non inueniebať adiutor ſilis eiꝰ. Jmmiſitqꝫ[g] dn̄s deus ſoporē in adā. Cūqꝫ obdormiſſet: tulit[h] unā de coſtis eiꝰ: ⁊ repleuit carnē ꝓ ea. Et[i] edificauit dn̄s deus coſtā[k]: quaꝫ tulerat de adā in mulierem: ⁊ adduxit eā ad adā. Dixitqꝫ[l] adā: hoc nūc os ex oſſibus meis: et[m] caro de carne mea. Hec uocabiť uirago: qm̄ de uiro ſūpta ē. Quā obrē[o] relinquet homo patrē ſuum ⁊ matrē: et adherebit uxori ſue et[p] erunt duo in carne una. Erat[q] autem uterqꝫ nudꝰ adaꝫ ſ. et uxor eius: et non erubeſcebant.

formationis mulieris fuit multiplicatio generis humani: que nō poterat eſſe ꝑ ſolū maſculū: et hoc ē qḋ dr̄. z Nō ē bonū hominē eē ſolū: quia tolleretur multiplicatiōis bonū. a Faciamꝰ ei adiutoriū. q: in generatione requiriť appropinquatio actiui ad paſſiuū: uirtꝰ aūt actiua generādi cōſiſtit in mari: uirtꝰ aūt paſſiua in femina. b Simile ſibi. i. eiuſdē ſpeciei: lꝫ alteriꝰ ſexus: ⁊ q̄a tale adiutorium reſpectu hominis non inueniebatur in aīalibꝰ iam formatꝭ iō ſequitur.

c Formatis igiť ⁊c̄. Adduxit ea ad adaꝫ miniſterio angelico vel ſuo imperio. d Ut videret. diligēter cōſiderādo naturas eoꝝ. quaꝝ primus hō habuit perfectā noticiā: cuiꝰ rō eſt: q: ꝑfectū naturaliť ꝓcedit imꝑfectū ſicut ꝑncipiū eiꝰ: q: reducit ipſuꝫ ad ꝑfectionē: res aūt inſtituēde ſunt nō ſolum in ſe ipſis ſed vt principia ſequētiū. hō aūt nō ſolū eſt ꝑncipiū alioꝝ hoīuꝫ per generationē: ſꝫ et q̄tū ad inſtructionē: in q̄tū diſcipulus ad perfectionem ſcientie deducitur per doctorem. ⁊ ideo ſicut ī prima productione rerum deus ꝓduxit alias ſpecies perfectas: ſicut potentes ſimilia ꝓducere ex ſuis ſeminibꝰ: vt ſupra dictū ē: ita formauit hoīeꝫ perfectū nō ſolū q̄tū ad corpus: vt potentē ſtatī generare: ſꝫ etiā q̄tū ad aīaꝫ in ſciētia ad quā pōt naturaliter attingere vt ſtatiꝫ poſſet docere: illa aūt ad quoꝝ cognitionē pōt attingere virtute naturali ſunt oīa illa que naturaliter cōtinētur in primis ꝑncipijs ꝑ ſe notis: de quibꝰ pōt intellectus poſſibilis in actū reduci virtute intellectꝰ agētis. ⁊ q: hō in ſtatu innocentie ordinabať ad finē ſupnaturalē: iō etiā tūc de ſupnaturalibꝰ cognitōeꝫ habuit q̄tū ptinebat ad ſtatū illū. e Omne qḋ ⁊c̄. ſ. ſm veritatē. Ex q̄ pꝫ ꝙ habuit noticiā de ꝓprietatibꝰ nālibꝰ viuētiū: q: noīa bn̄ īpoſita a ꝓprietatibꝰ rerū imponūtur. f Ade vero nō inueniebať ⁊c̄. Repetit hic cām formatiōis mulieris de qua in ꝑncipio huiꝰ partis mentionē fecerat: ⁊ occaſiōe cuiꝰ nominationē animātiū interpoſuerat. g Jmmiſitqꝫ dn̄s deꝰ ⁊c̄. Hic deſcribiť formatio mulieris de latere hoīs dormiētis in figura ꝙ eccl'a eēt formāda in futuro de latere chriſti dormiētꝭ in cruce. dicit igiť. g Jmmiſitqꝫ ⁊c̄. Ex quo pꝫ ꝙ iſte ſopor nō fuit naturaliter cauſatꝰ ſed a deo īmiſſus. ne Adā videret amotionē coſte ſue.

h Tulit vnā de coſtis. Hoc vr̄ incōueniēs: q: illa coſta aut erat de integritate ipſiꝰ ade aut ſuperflua. Si ꝑmo mō tūc remāſit corpꝰ ade diminutuꝫ ⁊ imperfectū: qḋ nō decet cōditionē ꝑmi hoīs q̄ erat ſimpliciter ꝑfectꝰ q̄tū ad aīaꝫ ⁊ corpꝰ. Si ſcḋo mō tūc illa coſta in adā fuit monſtruoſa ſicut ſextus digitꝰ fuiſſet in manu qḋ et ē incōueniēs in ꝑmo hoīe: vt ꝑdictū eſt. Dicendū ad hoc ꝙ aliq̄d eſt ſupfluū in natura humana rōne indiuidui: qḋ tn̄ eſt neceſſariū rōne ſpeciei ſicut ſupfluū alimēti de quo fit ſemē ē ſupfluū indiuiduo: qḋ aliť inq̄tū hmōi. ē tn̄ neceſſariū inq̄tū ē ꝑncipiū producēdi ſibi ſimile ad cōſeruationē ſpeciei: q: ſemen mediāte quo fit generatio ē de ſupfluo alimēti: vt habeť. ij. de aīa. ⁊ tale ſupfluū nō ē mōſtruoſum: īmo naturale ⁊ ꝑ ſe intentū: q: vt ibidē dr̄: generare ē opꝰ naturaliſſimū ⁊ natura magis intendit cōſeruationē ſpeciei q̄ indiuidui. Eodē mō dicendū eſt de illa coſta ꝙ fuit ſuperflua rōne indiuidui: ⁊ iō illa ſublata remāſit corpꝰ ade integrū ⁊ perfectū: fuit tn̄ neceſſaria inq̄tū mulier ꝺ ipſa erat formāda: vt ſic adā eēt ꝑncipiū totiꝰ humane ſpeciei vt ꝑdictū ē ꝓpter qḋ nō fuit mōſtruoſa. i Et edificauit. Formationē mulieris exprimit ꝑ modū edificatiōis: vt dicit Rabi Sa. ⁊ veꝝ ē eo ꝙ ſicut edificiū latꝰ ē ⁊ groſſius inferiꝰ ⁊ magis ſubtile ſuperiꝰ: ita corpꝰ mulieris groſſius eſt in partibꝰ inferioribꝰ de cōi curſu ⁊ ſubtiliꝰ ⁊ graciliꝰ in ſuperioribꝰ ⁊ hoc ē ꝓpter debilitatē calidi naturalis in muliere que naturaliter ē frigida: ⁊ iō maior pars alimēti de qua fit nutritio ⁊ augmentū remanet in inferioribꝰ partibꝰ: ⁊ minor pars ſuperiꝰ eleuať. Cōtrariū aūt eſt in maſculo ꝓpter fortitudinē calidi naturalis: ⁊ iō cōiter hꝫ pectꝰ latꝰ ſcapulas ⁊ caput. k Coſtā quā ⁊c̄. Nō enī formauit eā de pede: q: nō erat ſerua nec de capite: q: nō erat viri dn̄a: ſed de coſta: q: erat viri ſocia. Dicūt ṽo aliqui ꝙ hec formatio de coſta fuit per additionē alteriꝰ materie: alioqn corpus mulieris fuiſſet nimis rarū ſi eadē materia accepiſſet maiores diuiſiones: ⁊ dicūt ꝙ fuit ſilr̄ in multiplicatione quinqꝫ panū Joh. vi. de qua videť dicere Aug. manifeſte ꝙ fuit ꝑ additioneꝫ materie dicēs. Jlle in manibꝰ ſuis multiplicauit quinqꝫ panes q̄ de paucis granis creat ſegetes: ⁊ certū ē ꝙ ſegetes multiplicantur de granis per additioneꝫ materie. Alij vero dicunt ꝙ formatio mulieris de coſta fuit ſine additiōe materie. deus enī qui de nihilo ꝓduxit materiā: ml̄to fortius potuit facere de modica materia magnā non ꝑ additionem materie aliūde ſumpte ſicut ē in ſegetibꝰ ſed per multiplicatiōeꝫ eiuſdē materie in ſeipſa: nec ex hoc ſequiť corpus mulieris carere debita denſitate: quia formatione facta tantum fuit ibi de materia: ac ſi fuiſſet aliunde addita: ⁊ iſta expoſitio vr̄ magis ꝓpinqua lr̄e. l Dixitqꝫ adā ⁊c̄. Hic cōſequēter deſcribiť viri ⁊ mulieris cōiunctio matrimonialis: vn̄ dixit. Dixitqꝫ adā: hoc nūc os. Ex quo pꝫ adā cognouiſſe ſupernaturaliter formationē mulieris de coſta ſua: q: nō viderat hāc formationē. m Et caro de carne mea. q: illa coſta de qua formata eſt mulier nō fuit ſublata de adā nuda: ſed cum aliqua carne.

n Hec vocabitur virago. q: de viro ſūpta ē. iſta ē locutio impropria: q: virago nō ſignificat mulierē de viro ſumptā vel deriuatā: ſed magis mulierē viriliter agentē. ⁊ iō magis ꝓprie diceretur vira ſi ſermo latinus pateretur. iſta aūt deriuatio magis apparet in hebreo: vbi dicitur iſſa. id eſt mulier: quod nomē deriuatur ab is. qḋ ſignificat virum. o Quāobrem relinquet hō ⁊c̄. Nō q̄tuꝫ ad dilectionē: q: filius nō pōt denegare parentes: ſed q̄tuꝫ ad cohabitationē: q: filius cū eſt vxoratꝰ ſtatim ē emācipatus ⁊ habet ꝓuidere ſibi ⁊ vxori ⁊ familie. p Et erūt ⁊c̄. q: maſculꝰ ⁊ femina cōiūgūtur ad vnā carnē prolis procreandā. Aliter exponitur. Quā obrem ⁊c̄. excludēdo per hoc patrē ⁊ matrem a copula matrimoniali: q: iſtud nūq̄ fuit licitū ſed eſt cōtra dictamen rationis q: ē cōtra reuerentiā parentalē. alie autem perſone quātūcūqꝫ propinque ꝯſanguinitate fuerūt licite copulari matrimonialiter in ꝑncipio vt frater ⁊ ſoror de pueris ade. q Erat aūt ⁊c̄. ſm Joſephum hoc erat ex ſimplicitate vel carentia ſcientie in primis parentibus: ſicut cōtingit in pueris carentibus vſu rationis: qui nō erubeſcunt ex ſua nuditate: ſed hoc eſt ſupra improbatū: q: homo a ſua formatione fuit perfectus in ſcientia. ⁊ ideo dicendū ꝙ iſtud cōtingebat ex cōditiōe ſtatus innocentie: quia nullus motus inordinatus poterat cōtingere in mēbris genitalibꝰ nec inhoneſtas in alijs partibꝰ durante illo ſtatu: ⁊ ideo nuditas quarūcūqꝫ partiū corporis nō erat cauſa erubeſcētie.

Geneſis ca. ij. vbi dicitur in poſtil. Aliter exponitur prout requies ponitur pro cōpletione deſiderij ⁊c̄.

Additio prima.

c Circa hanc expoſitionē vlterius querendū eſt: cū deus ab eterno in ſeipſo requieſcit: eo ꝙ ipſe ſibi ſufficit ⁊ implet deſideriū ſuū: quomodo ergo ſcriptura dicit. Requieuit in die ſeptima. talis enī requies ab eterno competit deo. Ad qḋ dicendū ſm Tho. in pri. part. q. lxxiij. arti. ij. in cor. q. ꝙ q̄uis ab eterno requieuerit in ſeipſo deus: tn̄ ꝙ poſt opera cōdita in ſeipſo requieuerit hoc ꝑtinet ad ſeptimā diē. ⁊ hoc eſt ab operibus requieſcere: ad quod allegat Auguſti. ſuper Gen̄. ad litteram.

Jn eodem ca. ij. vbi dicitur in poſtil. Et benedixit deus diei ſeptimo ⁊ ſanctificauit illuꝫ ⁊c̄.



Additio ſecunda.

q Uod benedictio ⁊ ſanctificatio diei ſeptime intelligať ſm applicationem ad diuina obſequia hoc nō pertinet ad lr̄alem ſenſum: ſed myſticā expoſitionē. vnde mgr̄ in ij. di. xv. Jllū autem diem ſanctificaſſe ⁊ benedixiſſe dicitur: quia myſtica pre ceteris benedictiōe ⁊ ſanctificatione dotauit eum: vnde in lege dicitur. Memento ſanctificare diē ſabbati. hec ille. Si enī ex ſenſu lr̄ali hmōi ſanctificationis ⁊ benedictionis habeť ꝙ hō die ſeptimo deberet ceſſare ab operibꝰ terrenis ⁊c̄. ſequereť ꝙ ſancti patriarche fuiſſent obligati ad cōſeruationē ſabbati: qḋ minime reperiť ante legem. vnde lr̄aliter intelligitur bn̄dictio ſabbati per hoc ꝙ benedictio ad multiplicationē ꝑtinet: vnde creaturis quas deus benedixit dictū eſt. Creſcite ⁊ ml̄tiplicamini. multiplicatio aūt rerū fit per adminiſtrationē creature ſꝫ quā ex ſimilibus ſimilia generantur: que quidē adminiſtratio incipit a ſeptimo die ſanctificatio etiā cōpetit ſeptime diei inq̄tū res cōdite ⁊ multiplicate in deo requieſcūt. vnde ⁊ res deo dicate ſancte dicūtur: vt in poſtilla.

Jn eo. ca. ij. vbi dicitur in poſtilla. Philoſophus etiam. ij. metha. dicit ⁊c̄.

Additio tercia.

s Equentes opinionē Ariſtotelis pn̄t concedere ꝙ inter duos tropicos ſit regio habitabilis ⁊ tēpatiſſima. ꝑ hꝫ ꝙ in illa regione ſit aliqua pars alta ⁊ montuoſa intantū ꝙ reflexiones radioꝝ ſolis nō attingūt ad illū locū cum exceſſu caloris: ſed temperate eo modo quo contingit in aliquibus partibus clymatum calidoꝝ vbi aliqui mōtes alti tantā attingūt frigiditatē ꝙ ibidē niues generātur: ⁊ etiā durant per magnū tēpꝰ anni vt pꝫ per experientiā. vnde etiā ſm opinioneꝫ phi cōcedi poteſt ꝙ paradiſus terreſtris ſit in oriētali plaga ſub equinoctio modo predicto.

Jn eodem ca. ij. vbi dicitur in poſtilla. Ut operari ⁊ cuſtodiri referatur ad deum.

Additio quarta.

i Ste modus expoſitiōis nō hꝫ locū ſm hebraicā veritatem. in hebreo enī in hoc loco habeť vt operareť ⁊ cuſtodiret illā in feminino genere: nō illū in maſculino. vn̄ oportet vt referať ad paradiſum qui ſub noīe hortus diciť. Hortus aūt in hebreo ē cōis generis: q: qn̄qꝫ in maſculino qn̄qꝫ in feminino nominatur.

Jn eodē ca. ij. vbi dr̄ in poſtilla. Formationē mulieris ⁊c̄.

Additio quinta.

b Ex ratio Rabi Sal. ⁊ ſi cōtineat aliquid veritatis ē tn̄ impropria ſeu imptinens ad ꝓpoſitū: non enī pertinet ad ſacrā ſcripturā dicere an femina ſit groſſior ī partibꝰ inferioribus an nō: nec ex hoc ſequiť aliquid ptinēs ad mores: ſꝫ in hoc poſſet aliter dici: ⁊ forte melius ⁊ magis ad ꝓpoſitū. Ad qḋ ſciendū ꝙ in reꝝ primordijs ſcriptura triplici mō denoīat ꝓductionē hoīs. vno. ſ. mō ꝑ hoc verbū formauit: ſicut cuꝫ dr̄ Gen̄. ij. ca. Formauit deꝰ hominē de limo terre. Alio mō per hoc verbū genuit: ſicut cū dr̄ Gen̄. iij. ca. ꝙ Adaꝫ genuit Seth. Alio mō per hoc verbū edificauit: ſicut cū dr̄ hic. Edificauit dn̄s coſtā quā tulerat de adam in mulierē. Primo aūt mō ꝓductio hoīs ſpāliter q̄tum ad corpus facta eſt ꝑ quādā trāſmutationē quaſi naturalē ſꝫ quā res producta nō habet identitatē ſpecificā cū re ex qua ꝓducitur: īmo ē ibi oppoſitio cū ex nō tali fiat tale: vt in. i. phyſic. ⁊ iō talꝭ ꝓductio ꝓprie noīať formatio: eo ꝙ perficiť ꝑ nouā formaꝫ de nouo aduenientē. ⁊ iō ꝺ tali productiōe dr̄. Formauit deus hominē de limo terre. Scḋo vero mō ꝓductio hoīs facta eſt ꝑ generationē naturalē ſm quā res aliqua generat ſibi ſimilē ſm ſpecieꝫ: vt cū ignis generat ignē ⁊ in tali productione cōiter inter generantem ⁊ generatū ē idētitas ſpecifica: ſꝫ quā dr̄ ꝙ adā genuit ſeth ad imaginē ⁊ ſimilitudinē ſuā. Tercio vero mō productio hoīs fcā ē quodāmō per modū edificatōis ſm quā manet aliqualis idētitas q̄ſi indiuidualis inter edificatū ⁊ id de quo edificať: cū enī domꝰ fit ex ligno vel lapidibꝰ nō ſolū remanēt in domo ligna ſeu lapides eiuſdē ſpeciei cū lignis ⁊ lapidibꝰ ex quibꝰ domꝰ ſunt edificata: ſꝫ etiā ligna vel lapides remanēt in domo edificata eadē que ꝑus indiuidualiter erāt: ſm quē modū quodāmō facta fuit mulier de coſta ade: nō enī fuit facta pri° mō: ita vt nō remaneret idētitas ſpecifica inter ipſam ⁊ adā: vt eſt manifeſtū. nec etiā ſcḋo mō ſic. ſ. vt remaneret inter eos idētitas ſpecifica tm̄. ſed tercio mō. ſ. vt inter eos etiā remaneret quodāmō quaſi idētitas indiuidualis: ſicut inter ligna ex quibꝰ domꝰ edificať ⁊ ligna que ſunt in domo iā edificata remanet idētitas indiuidualis: ⁊ hoc clare innuit lr̄a cū dicat. Dixitqꝫ adā: hoc nūc os ex oſſibꝰ meis ⁊ caro de carne mea: q: ſine oī extrinſeco additamēto ꝑ diuinā potentiā coſta in ſe: et ipſa multiplicata mulieris corpus factū fuiſſe dr̄: vt magis vr̄ velle mgr̄ in. ij. di. xviij. ſiue ꝑ additionē factā ad materiā ꝑexiſtentē coſte: prout vr̄ velle ſupra in ꝑma parte: ⁊ coſta de adaꝫ ſubtracta remāſit eadē indiuidualiter in productione corporis mulieris. ſilr̄ ⁊ caro que etiā cū coſta fuit de corpore Ade ſublata: vt magiſter ponit in hyſtorijs ſcholaſticis: ⁊ iō ſm iſtū modū productiōis dr̄ edificare nō formare ſeu generare: q: hꝫ ſimilitudinē cū edificio rōne iam dicta: ſm quod denotať maiorē idētitatem eſſe inter virū ⁊ vxorē: q̄ inter patrē ſeu matrē cū filio: ſic maior eſt idētitas indiuidualis q̄ ſpecifica: de quo pōt etiā intelligi illud. Relinquet hō patrē ⁊ matrē ⁊ adherebit vxori ſue: ⁊ erūt duo in carne vna. quaſi dicat. Rationabile ē vt hō relinquat patrē ⁊ matrē q̄tū ad domeſticā cōuerſationē ⁊ alia hmōi: ⁊ adhereat vxori in eiſdeꝫ: eo ꝙ inter virū ⁊ vxorē eſt quodāmodo idētitas indiuidualis: q: ſunt duo in carne vna: nō aūt inter filiū ⁊ patrē ſeu matrē: ad hoc etiā ſonāt vba apoſtoli ad Eph. v. dicentis. Jam nō ſunt duo ſed vna caro. iſta tn̄ intelligātur nō excludēdo alias ſanctoꝝ expoſitiones. Cōſonat etiā expoſitio myſterio chriſti ⁊ eccl'e ꝙ in hoc ſacramēto. ſ. matrimonij figurať: iuxta illud ad Eph. v. ca. Sacramētū magnū inter chriſtū ⁊ eccleſiā. Nā corpꝰ chriſti myſticū lꝫ multa cōtineat ſuppoſita vnū tn̄ ē quodāmō indiuidualiter cuius cōpoſitio etiā edificatio dr̄: iuxta illud Math. c. xvi. Et ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam.

Correctorium magiſtri Mathie contra Burgen̄.

i N ſecūdo capitulo vbi poſtillator exponit benedictionē ſeptime diei per applicationē ad diuina ⁊c̄. Burgēſis dicit illā applicationē ad ſenſum lr̄alē nō ꝑtinere: ſed ad myſticā expoſitionē: ad quod probandū adducit magiſtrū li. ij. di. xv. dicentem. Jllū diē deꝰ ſcificaſſe ⁊ bn̄dixiſſe dr̄: q: myſtica ꝑ ceteꝛ bn̄dictiōe ⁊ ſcificatione dotauit illū. vnde in lege dr̄. Memēto ſanctificare diem ſabbati. ſed cōſideranti dictū magiſtri clarū fit ꝙ Burg. nō probat ꝑ ipm qḋ intendit: nā mgr̄ nō dicit myſticā eē ſeptime diei expoſitionē: ſed eē myſticaꝫ eiꝰ bn̄dictionē. i. diuinā. myſticū enī ſm hꝛtonē vno mō dr̄ diuinum: ⁊ ſic nihil ad propoſitū Bur. Extra propoſitū etiā ē qḋ addit Bur. arguēdo ſic. Si ex ſenſu lr̄ali huiꝰ ſanctificatiōis habeť ꝙ hō die ſeptimo deberet ceſſare ab opibꝰ terrenis: ſequiť ꝙ ſcti patriarche fuiſſent ad obſeruatōeꝫ ſabbati obligati: qḋ nō repiť an̄ legē. Hic dico ꝙ bur. noluit poſtillatorē intelligere qūo bn̄dictionē ſeptime diei ad lr̄am nō exponit de ſabbato iudaico ⁊ cerimoniali: ſed morali qualiter ptinet ad decalogū: ⁊ ita implicite obligat an̄ legem ⁊ poſt. ſ. in cōſideratione creature nō requieſcere ſed regrediēdo in opificē ⁊ ibi ſiſtere cōtēplationē: vt ſic ſex dies ptineant ad vſum: ſeptima ad fruitionem cui ꝯpetit bn̄dictio myſtica. i. diuina nec vr̄ valere lr̄alis expoſitio quā Bur. pretendit. Ait enī ꝙ lr̄aliter bn̄dictio ſabbati ad multiplicationē ptinet: vn̄ creaturis quas deꝰ benedixit dictū eſt. Creſcite ⁊ multiplicamini. Si enī hec cōgruētia Bur. valeret: tūc oīa cōtenta ſub creaturaꝝ bn̄dictiōe ad ſabbatū viderētur ptinere: qḋ eſt falſum: q: oīa ad vſum creaturarū reꝝ extēdūtur: dicit enī deꝰ bn̄dicēdo hoīum ꝑmo huiꝰ. Creſcite ⁊ ml̄tiplicamini: ⁊ replete terrā ſubijcite eā: dn̄amini piſcibꝰ maris ⁊c̄. que oīa ad vſum reꝝ ptinēt: ⁊ a bn̄dictione ſabbati diſtrahere videť. Nec video ſi Bur. voluerit ad lr̄am intelligi ſabbatū qūo nō coget chriſtianos in ſabbati obſeruātia iudaizare cū ad decalogi teneātur obſeruationē. Poſt hmōi igiť deuiā Burgēſ intētionē poſtillator cōcludit dicēs. Sanctificatio cōpetit ſeptime diei inq̄tū res cōdite ⁊ multiplicate in deo requieſcūt. Jtē in eo. ca. vbi poſtillator dicit ꝺ ſitu paradiſi in oriē. allegat Ariſtot. ij. metha. qui dicit inter tropicos nō ē regionē habitabilē: igiť nō ē ibi paradiſus ſequēdo Ariſtotelē. Bur. aūt ſomniādo neſcio quid dicit ſequēdo Ariſtotelē poni pōt paradiſus inter tropicos: ſequiť enī inter tropicos nō ē regio habitabilis ſꝫ Ariſto. ergo paradiſus nō erit habitabilis: ſi inter tropicos poſitꝰ fuerit. Et ſic ex oppoſito cōſequētis cōtradiciť Ariſtoteli ⁊ incōueniēter dr̄ ſequēdo eū: q: ſequiť. Si paradiſus ē habitabilis ⁊ paradiſus eſt inter tropicos: ergo inter tropicos ē locꝰ ſeu regio habitabilis: qḋ ē oppoſitū dicti Ariſtotelis. Jtē in eodē capi. vbi poſtillator exponit formationē mulieris ꝑ quādā ꝯgruentiā ſumptā a Ra. Sa. Burgē. ſignificās Rabi Sal. bene dixiſſe dicat ſe meliꝰ dicere velle quare videlꝫ formatio illa exprimiť ꝑ edificationē: diſtinguēs tres modos circa reꝝ productiones in ꝑncipio mūdi terminis expreſſos. ſcꝫ ꝑ formare: ꝑ generare: ⁊ ꝑ edificare. Formare dicit proprie in his in quibꝰ res producta nō hꝫ idētitatē ſpecificā cū re ex qua

Universidad de Salamanca. BGH

ꝓducif:imo ē inter eas quedam oppoſitio:q2 ex nō tali fit tale: ⁊ ſic vbi forma appoīf materie:formatio dr̄.ſed vr̄ Burgeñ.fruſtra laborare:q2 ſm cū edificatio coſte in mulierē nō differt a formatiōe:eo ꝙ mulier pro/ducta nō habet idētitatē ſpecificā cū coſta ex qua producif:pʒ:q2 nō cōti/nētur ſub eodē genere īmediato.eſt eñ mulier animal: qđ de coſta dicere nō eſt verū:niſi in aliquo inter mulierē etiā ꝓductā ⁊ coſtā ex qua eſt.ē oppoſitio ſicut in formatōe: q2 ex non muliere fit mulier. Coſte etiam in formatione mulieris forma appoīf quaſi materie ex quo vere igitur formatio dicitur:nec ſm eius rationes a burgeñ.poſitas differt ab edificatione mulieris ſed cum addit Burgeñ. ꝙ ꝓductio hominis dicitur edificatio ſicut quādo inter ꝓductū: ⁊ illud ex quo ꝓducif remanet idētitas quaſi īdiuidual': ⁊ exēplificat de lignis ⁊ lapidibus in edificio:illud nō videtur verū:q2 dom⁹ edificata ⁊ ligna ⁊ lapides nō habent idētitatē indiuidualē:eo ꝙ nō habēt aliquā ſpecieʒ eis cōmunē:ligni eñ indiuiduū nō eſt indiuiduū domus nec ecōuerſo:ſʒ ſunt nō ſolū indiuidualiter ſed etiā ſpecifice ⁊ eſſētialiter diſtincta quod patet per poſſibilitatē ſeparationis partiū ſingulariū. nec ſequitur lignū ante edificiū ⁊ in edificio eſt vnū ⁊ idē indiuidualiter.igif eſt idē indiui/dualiter cū edificio:ſed ſequitur bene.igitur eſt vnū ⁊ idē indiuidualiter in edificio:ſed tūc imaginatio burg.nihil eſt ad propoſitū:nam coſta vnde mulier facta eſt non manſit in eua indiuiduū coſte:vt patet ſiue ponaf in ſe multiplicata ſiue aliunde aucta: vnde ⁊ ſi verū ſit dicere ꝙ coſta fuit materia ex qua mulier fuit producta:nō tamē verū eſt ꝙ tota materia mulieris facte ſit indiuiduū coſta:nec verū eſt ꝙ coſta illa ⁊ caro in adā ſupple ta ſit indiuidualiter vna in adā ⁊ eua vt ex idētitate tali magis ꝓprie ⁊ lr̄aliter productio mulieris dicatur edificatio ꝙ̄ formatio.certum enim ē deū coſte ſicut ⁊ limo terre nouā formā attribuiſſe: ⁊ ſic edificatio a for/matiōe nō vr̄ differre.ideo doctores tractātes hāc materiā ſepe verbo formationis vtūtur pro verbo edificationis dicētes:ſicut mulier formata eſt de latere viri dormientis:ita eccleſia de latere chriſti morientis: ⁊ puto ad figurā illius dictū. Edificauit coſtā in mulierē:ſic ⁊ eccleſia ex latere chri/ſti virtute paſſionis ꝑ ſacramentoꝝ vſum cōſtruif ⁊ edificaf.omnis eñ ꝓductio diuinā materiā aſſumēs ſicut limū in productione viri:coſtā in ꝓductiōe mulieris ⁊c̄.nō ideo eſt vt egeat:q2 potuit ſicut ⁊ celū ⁊ terram ex nihilo ꝓducere vtraqꝫ:ſʒ ad aliquid ſignificandū: productio eñ viri ex limo ſignificatiua eſt vt ſicut puluis eſt ex origine ita in puluerē reuertaf ī fine:vt.j.iij.ca.dicitur. Edificatio vero coſte quid ſignificet: vide apoſtolum ad Eph.v.cuius allegatū ad lr̄am oportet accipere vt inde poſſit ſumi efficax argumentū ſicut idē burgē.dicit in queſtione preambula nō oʒ igitur burg.tantā digreſſionē facere de illo termino edificare: nec ſua di/ſtinctio valet de ꝓprietate ſermonis: nō eñ deus ꝓprie generauit celum ⁊ terrā cū nō ſint generabilia: ⁊ tñ in hoc ſcđo capi.dicif. He ſunt generationes celi ⁊ terre. vtif eñ ſcriptura trāſſumptiue vno ꝓ alio: aliqñ exprimens creationē ꝑ producere:aliqñ ꝑ facere:aliqñ ꝑ plantare.edificare: ⁊ generare ⁊c̄.ſed q2 ſm Ariſto. Oēs trāſferentes ſm aliquā ſimilitudineʒ ſe trāſferūt.pōt tñ rōne Ra.ſa.talis cōgruentia aſſignari vt lim⁹ in virū di/caf formari rōne p̄dicta:ſed coſta in mulierē edificari adinſtar dom⁹:que ſm Ariſto.fit vt nos defendat ab incōmodis imbrib⁹ caumatib⁹ ⁊c̄. ita mulier cōſtructa eſt vt ſit dom⁹ ⁊ receptaculū naturaliſſimi effect⁹ nature ſ.generatiōis:in quo p̄ſeruef ab incōmodis foueaf nutrimētis ⁊c̄.hec cōgruentia videf fundari circa finē ca.xxvi. eccleſiaſtici: vbi mulierē dicit or/namentū dom⁹:colūnas aureas ſuꝑ baſes argenteas.fundamenta eter/na ſuper petram ſolidam. Ex quibus patet inſtitutionem mulieris merito exprimi per edificationem:quia eſt domus nature.

Capitulū. iij.

p Que reſpōdit ⁊c̄. ex h̄. n. ꝙ recognouit eā dn̄am: cōueniēter angelꝰ dixit ei. q Reuertere ⁊c̄. q2 hoc eſt iuſtū: ⁊ q2 āgelus vidit eā monitis ſuis acquieſcentē nūciauit ei ex parte dei bonos rumores de futuro dicens. r Multiplicabo ſemen tuū. Et hoc p3 impletū in ſaracenis qui agareni deberēt noīari tanq̄ deſcēdentes ab agar per yſmaelē filiū eiꝰ: ſed vſurpauerūt ſibi falſum nomē a ſara tanq̄ a libera ⁊ digniori: qui ſaraceni ſunt valde multiplicati. s Ac deinceps. ecce ait cōcepiſti. In hebreo habet̄: ecce cōcipies. Et ꝓbat̄ p illud qḋ habet̄ Iudicū. xiij. de vxore manue: cui angelꝰ apparēs dixit: ecce cōcipies. ⁊ ē ibi idē verbū hebraicū ſicut hic: ꝓpt̄ qḋ dicūt hebrei: ꝙ agar paſſa fuerat aborſum: qḋ potuit eē in penā cōtēptus dn̄e ſue: ⁊ ſup̄bi receſſus ſui ab ea: ⁊ ex labore itineriſ fugiēdo: ſed cū acquieuit angelo monēte d̄ regreſſu ⁊ humiliatiōe dn̄s qui reſpicit humiles viuificauit fetū in vtero extinctū: ⁊ iſta viuificatio vocat̄ hic ab angelo cōceptio de nouo. ⁊ q2 iſta expoſitō eſt ſm lr̄am hebraicā: ⁊ ſatis cōſona lr̄e ſequēti: iō ſm hoc pōt exponi trāſlatio noſtra cū d̄r. Ecce cōcepiſti. ac ſi diceret: priꝰ concepiſti ad cōcubitū abrae: nūc iterū cōcepiſti diuina virtute fetū extinctū viuificāte ⁊ ꝓpt̄ rationē huiꝰ pōt cōueniēter dici: ꝙ p̄noiatus ē ab angelo an̄q̄ natus eēt: ſm miraculi facti ꝓprietatē: iō ſequitur. t Uocabiſq3 nomē eiꝰ yſmael. qḋ interptat̄ exauditio dei: iō ſeq̄t̄ u Eo ꝙ exaudierit dn̄s afflictionē tuā. i. hoc ꝙ paſſa fueris aborſum: ⁊ deꝰ viuificauit abortiuū: vel afflictionē ſuā vocat humiliationē q2 voluit reuerti ad dn̄am. Nō. n. pōt h̄ intelligi de afflictione quā fecerat ſibi ſarai: q2 illa fuit rōnabilis ⁊ iuſta vt p̄dictū ē. Nota ꝙ duo alij legūt̄ p̄noiati an̄q̄ nati in ve. te. ſ. yſaac c. ſequēti. ⁊ ioſias. iij. reg. iij. In p̄mo fuit duplex miraculū. ſ. ꝓpter pr̄is ⁊ matris ſenectutē. ⁊ etiā ſterilitate3 mr̄is. In ſcd̄o. ſ. ſciſſio altaris Bethel ⁊ effuſio cinerū: ⁊ arefactio brachij regis. In nouo teſtamento duo legūt̄ p̄noiati. ſ. Iohānes baptiſta ⁊ Ieſus. ⁊ de miraculis in vtroq3 p3: ⁊ iō ꝓbabile ē ꝙ in yſmaele ſilr̄ fuerit miraculum q̄tū ad viuificationē fetꝰ p̄dictā. x Hic erit ferꝰ hō. In hebreo hr̄: Silueſter hō diligēs nemora ⁊ venatiōes: q2 factꝰ fuit iuuenis ſagittariꝰ. vt habet̄. j. xxi. ca. y Manus eiꝰ cōtra oēs ⁊c̄. q2 illi qui exiuerūt de eo: habitātes in deſerto: frequēter faciebāt inſultu3 his qui habitabāt in circuitu deſerti: ⁊ ecōuerſo illi reſiſtebāt eis: ⁊ adhuc videmꝰ ꝙ ſaraceni ſunt infeſti multis gentibꝰ. z Et e regione vniuerſoꝝ ⁊c̄. i. tentoria. ſicut in bellis ſolet fieri. a Uocauit aūt nomē dn̄i ⁊c̄. q2 ille angelꝰ in ꝑſona dn̄i loquebat̄: iō vocauit eū dn̄3 ⁊ deū ſicut verbū p̄conis d̄r verbū regis: ⁊ eodē mō dicit beatꝰ Grego. de angelo qui loquebat̄ Moyſi in mōte ſynai ꝙ aliq̄n deꝰ ⁊ dn̄s noiat̄: q2 in ꝑſona dei loquebat̄. b Tu deꝰ q̄ vidiſti me. cōſolādo ⁊ viuificādo fetū. c Dixit eñ. reddēdo rationē quare eū ſic noīabat. d Profecto hic vidi ⁊c̄. Dicūt expoſitores noſtri: ꝙ ille angelꝰ qui apparuit ſibi: ſic apparebat in ſimilitudine aſſumpta: quaſi habēs faciē ab ea auerſā qḋ aūt ſic vr̄ ſ. a dorſo nō manifeſte ⁊ determinate cognoſcit̄: ⁊ p hoc deſignat̄ ꝙ de angelis nō habemꝰ cognitionē niſi valde lōginquā ⁊ remotā: nō ꝓpriā ⁊ determinatā. Et ſil'r habet̄ de Moyſe Exo. xxxiij q̄n dixit ei dn̄s. Uidebis poſteriora mea. faciē aūt meam videre nō poteris: tales eñ apparitiōes frequēter fiūt exterius ad deſignādū diſpoſitionē hoīs interiꝰ cui fit apparitio: ſm ꝙ dicit beatꝰ Grego. de diſcipul' q̄bus poſt reſurrectionē chriſtꝰ apparuit in peregrini effigie: ⁊ finxit ſe lōgius ire: vt habet̄ Luce. xxiiij. Hoc ergo ſimplex veritas nō p duplicitatem fecit: ſed tale3 ſe exhibuit in corpore qualis apḋ illos erat i mēte. Hec Grego. Hebrei aūt aliqui dicūt: ꝙ hic eſt verꝰ textus. Hic vidi poſt videtē me ⁊ eſt ſenſus. Angelus vidit me hic: vocādo ⁊ monēdo ⁊ poſtea vidi eum. Alij aūt dicūt ꝙ veritas textus ē. Hic vidi poſt viſu3 meū ⁊ eſt ſenſus. Hic vidi angelū dn̄i i hoc deſerto: poſtq̄ viderā eum ante in domo abrae: cuꝰ ille angelus erat cuſtos ⁊ viſitator: ⁊ ꝓpterea nō fuit territa ad viſionē angeli: ſicut Manue qui dixit Morte moriemur: q2 vidimus angelum domini. Iudicū. xiij. quia fuerat aſſueta videre angelos dn̄i in domo abrae. Nec mirandum ſi in hoc loco ⁊ alijs pluribus locis veteris teſtamenti littera pluribus modis ⁊ ſenſibus accipiātur: etiam ſ3 hebreos docto. q2 hebrei nō habēt grāmaticā ita diſtinctā ⁊ dearticulatā per declinationes nominū ⁊ verboꝝ ſicut latini ⁊ greci habent. Itē apud eos ſunt multe dictiōes equiuoce: ⁊ ꝓpter hoc eadē lr̄a aliq̄n varijs ſignificationibꝰ ⁊ ſenſibus accipit̄. e Propterea appellauit puteum illum. quem prius vocauerat ſcriptura fontē: q2 oīs puteus fons: nō oīs fōs puteus: ſm ꝙ dicit bt̄us Augu. ſuper Iohānem. f Puteū viuentis ⁊ videntis me. Dicit̄ aūt vidētis: q2 angelꝰ ibi viderat ipſa3 agar vt predictū eſt. Et viuentis. q2 ibi fetus extinctus fuit viuificatus. vel q2 angelꝰ predictus ſemp viuit cū ſit immortalis. g Peperitq3 ⁊c̄. poſtq̄ reuerſa fuerat ad eius domū. h Qui vocauit nomē eiꝰ yſmael. cognouit eñ p reuelationē illud qḋ dictū fuerat agar de nominatione pueri. Et ideo ſic nominauit.

In ca. xvi. vbi d̄r in poſtilla. Ned iſtud eſt abſonum rationi.

Additio. i.

Ex illa hyſtoria heſter nō ducit̄ ſufficiēs ſimilitudo ad hoc ꝙ filia regis egypti volūtarie fieret ancilla ſarai: tū q2 ibi gētiles n̄ fiebāt ſerui iudeoꝝ q̄uis iūgebāt̄ eis in ſuis cerimonijs: qḋ lōge minꝰ eſt q̄ ꝙ filia regis fieret ancilla ſarai volūtarie hebree: tn̄ q2 ſcriptura ibi facit de hoc expreſſam mentionē ad laudē dei: hic autē nihil exprimitur: nec etiam innuitur hoc. vnde reputandum eſt ficticium potius q̄ verum.

In eodē ca. xvi. vbi dicitur in poſtilla. Ecce ait concepiſti. In hebreo habet̄. Ecce cōcipies.

Additio. ij.

b Nec cōcordat in hoc tranſlatio nr̄a cū hebraica veritate: nō eñ hic ponit̄ dictio determinate ſignificās futurā exceptionē: ſicut Iudic. xiij. ca. vbi ſm hebraicā veritatē ponit̄ verbū futuri temporis cōceptiōis ſignificatiuū: ſed in hoc loco ponit̄ dictio oīno ſilis dictiōi que ponit̄. j. Geñ. xxxviij. vbi ponit̄. De viro cuiꝰ hec ſunt ꝯcepi. vn̄ ꝓprie etiā cōcorditer ad hebraicā veritatē trāſlatio nr̄a poſuit. Ecce cōcepiſti. Et ſic nō o3 fingere aborſum: nec reuificationē: de quibꝰ nulla fit mentio in lr̄a. nec rōnabile vr̄: ꝙ h̄ fieret miraculū ſicut in alijs q̄ fuerūt p̄noiati an̄ natiuitatē: tū q2 nō fuerūt ſil'es in vita: imo valde diſſimiles: tū q2 illa miracula fuerūt publice facta ad laudē dei ⁊ bonoꝝ nātoꝝ. h̄ aūt dato ꝙ eēt miraculū eſſet occultū: ⁊ ſic nō induceret vtilitatem.

Replica correctorij contra Burgeñ.

In ca. xvi. vbi poſtillator nō reputat abſurdā hyſtoriā hebreorū dicentiū: agar ancillā ſarai fuiſſe filiā regis egypti ex deuotiōe oblatā ⁊ cetera que narrātur in poſtilla. Burg. aūt obijcit eā tanq̄ fictā ⁊ falſam. p̄mo ex eo: q2 et ſi in libro heſter dicat̄ gentiles cōiūctos ex deuotione iudeoꝝ cerimonijs: nō tn̄ vt eſſent ſerui iudeoꝝ. Sz q̄d mirū hic ⁊ ibi: ꝙ iūctꝰ ex deuotione p̄ſtaret obſequia ⁊ ſeruitia: vn̄ cōi noīe diceret̄ ſeruꝰ vel ancilla: nō ex obligatiōe: nec ex hoc vilis orit̄ condi



Universidad de Salamanca. BGH

tio: nec veriſile ē, ſarai abrae pſonā vilis cōditiōis voluiſſe cōiūgi: vt inde fructū adoptaret: nec ſcōa obiectio Burg. valet: q: ꝓcedit ex auctē negatiue: qđ buſſius ⁊ voickleffitis eſt multū familiare: nec potent eē formale nā nō ſequit̄ in biblia nō habet̄. igit̄ nō ē verū: nā multe ſunt catholice veritates in canone nō repte. Itē in eodē cap. vbi poſtillator ſequēs narrationē hebreoꝝ ſaltē nō reprobans: dicit de aborſu agar ⁊ viuificatione fetus in fuga ⁊c. dicit ꝙ hebrei exponūt concipies ꝓ concepiſti. vbi Burg. dicit in hebraica veritate nō cōtineri ſeu haberi concipies: ſed ꝯcepiſti: de hoc nō iudico: nec eſt magni pōderis: q: poſtillator expōit in vno ſenſu ſ₃ vtrū ꝗ₃ tpꝯs. Sed cū Burgē. dicit illū aborſum fictum ꝑ hebreos ⁊ irrōnabile eē ꝙ dicāt factū miraculum in reuificatiōe fetus. rōnibus tñ hebreoꝝ quas tāgit poſtillator: nō ſatiſfacit Burg. nam nō poterit dicere: ꝙ penā agar ꝑ ſarai iuſte inflictā ⁊ ꝑ agar ſupbe declinatā deus reſpexerit: ⁊ cōſolationē dederit cū ei dederit reprehenſionē nō ꝯſolationē dicēſ Uade humiliare ſub manu dñe tue. Oportet igit̄ cū hebreis ſentire: ꝙ alia grandis tribulatio occurrerit ipi agar circa afflictionem iuſtam ſarai: ꝓpter quam viſitandam miſerit dñs angelum promittentem multiplicationem ſeminis ſignificantem conceptionē prolis: ⁊ publicationem nominis nondū nati: nominis inꝗ₃ gratioſi: q: yſmael interpretatur exauditio dei: que oīa nō pñt dici rōnabiliter facta ꝓpter ſupbiā Agar: qñ dñam ſuam ſpreuit: nec ꝓpter fugā qua diſciplinā ꝯtēnēdo declinauit: videt̄ igit̄ ꝙ ꝓpter anguſtias aborſus: vt dicūt hebrei: dño humiliata orauerit ⁊ meruerit cōſolationē a deo qui reſpicit humilitatem: vt dicit glo. interlinearis in cuius ſignū dicit angelꝯ. Ecce cōcepiſti. ſ. ꝑ viuificationē fetus. de qua dicūt hebrei: fruſtra eñ dixiſſet ei angelꝯ: cōcepiſti. deſignādo naturalē cōceptionē ab abraā: q: hic antea nouit. ⁊ illiꝯ occaſione dñam cōtēpſit. Cōſentiat igit̄ Burgen. hebreis magro hyſtoriaꝝ poſtillatori ⁊ alijs: nec moueat in ꝯtriū debilis obiectio: quā facit de fctō miraculo: nō eñ ē incōueniēs cōcedere miracula fieri ꝑ malos: multo minꝯ incōueniēs eſt fieri ꝓ malis: cedūt eñ talia ad dei laudē ⁊ boīu₃ vtilitatē Erigit̄ eñ ꝑ ea ſpes boīu₃: cū tāta videāt ⁊ audiūt: malis preſtita bñficia nō deſperāt maiora ſibi ſi voluerīt poſſe preſtari. Et mirū ꝙ Burg. putat ꝓpter paruā rē hāc apparitionē fuiſſe factā: quā grādipēdit beatꝯ hylariꝯ đ trini. libro. iiij. circa mediū dicēs ꝙ is qui apparuit agar magni cōſilij angelus fuit noīe ⁊ natura deus. hec ille.

pfectionem. e Ponāꝗ₃ ⁊c. ꝑ ſpālē amicitiā. f Et multiplicabo ⁊c. Exaggeratio ē verboꝝ. ad deſignādū multitudinē ⁊ magnitudinem bonorum que dñs intendebat ſibi facere.
g Cecidit ⁊c. ad reddēdū grās deo de tanto ꝓmiſſo. Aduertendū tñ eſt ꝙ iſte ꝓmiſſiones frequēter facte ſunt abrae: tñ ꝓcedendo ſemꝑ in expſſiorem ⁊ maiorē ꝓmiſſionē₃, ſicut n. natura ⁊ ars i opibus ſuis ꝓcedūt de impfecto ad pfectū: ita ē in ꝓceſſu diuinarū reuelationū ⁊ ꝓmiſſionum.

# Capitulum. xvij.

Oſtꝗ₃[a] uero nonaginta ⁊ nouem annorum eſſe ceperat: apparuit ei deꝯ. Dixitꝗ₃ ad eu₃. Ego[b] dominus omnipotens. Ambula[c] coram me: et[d] eſto perfectus Ponamꝗ₃[e] fedus meum inter me et te: et[f] multiplicabo te uehementer nimis. Cecidit[g] abrā pronus in facie₃. Dixitꝗ₃[h] ei deus. Ego ſum: ⁊ ponam pactu₃ meum tecum: eriſꝗ₃ pater multarum gentium. Nec[i] ultra uocabitur nomen tuum abram: ſ₃[k] appellaberis abraam: quia[l] patrē multarū gentiū conſtitui te. Faciāꝗ₃ te creſcere uehemētiſſime et[m] ponam te in gentibus: regeſꝗ₃[n] ex te egredientur: ⁊ ſtatuam pactum meum inter me ⁊ te ⁊ inter ſemen tuu₃ poſt te in generationibus ſuis federe ſempiterno: ut[o] ſim deus tuus: ⁊ ſeminis tui poſt te. Daboꝗ₃ tibi ⁊ ſemini tuo terram peregrinationis tue: omne₃ terram chanaā: in poſſeſſionem eternam: eroꝗ₃ deus eorum. Dixit iterum deus ad abraa₃. Et tu ergo cuſtodies pactum meum ⁊ ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. Hoc[p] eſt pactum meum qđ obſeruabitis inter me ⁊ uos et ſemen tuum poſt te. Circūcidetur ex uobis omne maſculinum et circūcidetis carnem preputij ueſtri: ut ſit in ſignum federis inter me ⁊ uos. Infans octo dierum circūcidetur in vobis. Omne maſculinum in generationibus ueſtris tam[q] uernaculus ꝗ₃[r] empticius circūcidetur: et[s] quicūꝗ₃ non fuerit de ſtirpe uřa. Erit ꝗ₃[t] pactum meum in carne ueſtra in fedus eternum. Maſculus cuius preputij caro circūciſa non fuerit: delebitur anima illa de populo ſuo quia pactū meum irritū fecit. Dixit quoꝗ₃ deus ad abraa₃. Sarai[u] uxorē tuā nō uocabis ſarai: ſed[x] ſarā. Et[y] benedicam ei et ex illa dabo tibi filium cui benedicturus ſum. Eritꝗ₃ in nationes: ⁊ reges populorum orientur ex eo. Cecidit[z] abraam in faciem ſuam: et[a] riſit in corde ſuo dicens. Putaſne[b] centenario naſcetur filius: ⁊ ſara nonagenaria pariet. Dixitꝗ₃ ad dominū. Utinā[c] yſmael uiuat coram te. Et[d] ait dominus ad abraam. Sara vxor tua pariet tibi filium uocabiſꝗ₃[e] nomen eius yſaac. Et[f] conſtitua₃ pactum meum illi in fedus ſempiternū: ⁊ ſemini eius poſt eu₃. Super[g] yſmael quoꝗ₃ exaudiui te. Ecce benedicam ei: ⁊ augebo ⁊ multiplicabo eum valde. Duodecim duces generabit: et faciam illū creſcere in gētem magnam. Pactū uero meum ſtatuam ad yſaac: quem pariet tibi ſara tempore iſto in anno altero. Cūꝗ₃ finitus eſſ₃ ſermo loquentis cum eo: aſcēdit[h] deus ad abraam. Tulit[i] autem abraam yſmael filium ſuum: et omnes uernaculos domus ſue: uniuerſoſꝗ₃ quos emerat: ⁊ cūctos mares ex omnibuſ uiris domus ſue ⁊ circūcidit carnē preputij eorum: ſtatim in ipſa die ſicut preceperat ei deus. Abraa₃ nonaginta ⁊ nouem erat annoꝝ quādo circūcidit carnem preputij ſui: ⁊ yſmael filius ſuꝯ tredecim annos impleuerat tempore circūciſionis ſue. Eade₃ die circūciſus eſt abraam: et yſmael filius eius ⁊ oēs uiri domus illius: tam uernaculi ꝗ₃ empticij ⁊ alienigene pariter circumciſi ſunt.

b Dixitꝗ₃ ei deus ⁊c. ac ſi diceret ſicut ſum īmutabilis: ita pactū meū erit firmū ⁊ ſtabile tecum.
i Nec vltra vocabit̄ ⁊c. qđ interpretatur pater excelſus: que interꝓtatio cōuenit magno homini: ſi etiam habeat modicam ꝓlem vel familiam.
k Sed appellaberis abraam. cuius rō ſubdit̄ cu₃ dicit̄. l Quia patrem ⁊c. Abraam eñ interpretatur pater multitudinis vel multorū: ꝙ eñ additur gentium non eſt de ſignificato nominis: ſed ſubintelligitur. m Et ponam te in gentibus: quia ſaraceni deſcēderūt de eo per yſmaelem: ⁊ ydumei per eſau: ⁊ iudei per yſaac. n Reges ex te egrediētur: q: in qualibet gente predicta fuerūt plures reges. o Ut ſim deus tuꝯ ⁊c. l₃ eñ ipſe ſit deus omnīū generaliter per creationē. ſpeciali tamen modo eſt deus fideliū per ſpecialem ⁊ verū cultum. cetera patent ex dictis. p Hoc eſt pactu₃ meū. Hic cōſequenter exprimit̄ forma circūciſionis: ⁊ primo dicta forma deſcribitur. ⁊ ſecūdo mutatio nominis ſarai inducit̄: ibi. Dixit quoꝗ₃ deus ad abraam ſarai vxorem. Ad circūciſionem vero tria neceſſaria requirūtur. Primu₃ eſt ſexus maſculinus ⁊ ꝗ̄tum ad hoc dicitur: Circūcidetur ex vobis omne maſculinum. Secūdum eſt corporis pars determinata ideo ſequitur. Et circūcidetis carnem preputij veſtri. Tertiū ē tempus determinatū ⁊ ꝗ̄tum ad hoc dicitur. Infans octo dierū circūcidetur in vobis. ratio aūt iſtoꝝ eſt: q: circūciſio ſignum fuit diſtinguens iſrael a gentibus inꝗ̄tum habebant veram fidem ⁊ cultu₃ vnius dei: ⁊ datum fuit iſtud ſignum tempore legis nature: ⁊ ideo debuit dari in ſexu perfectiori a natura: qui eſt ſexus maſculinꝯ ſm eñ phm: femina eſt mas occaſionatus. Item fides illa ⁊ cultus deriuabantur tunc temporis ad alios per generationē carnalem: inꝗ̄tum patres docebant filios de talibus. in maſculo vero ē principiū generationis actiuum: ⁊ ideo ſolis maſculis datū ē pdictum ſignū: ⁊ eadem ratione factum eſt in mēbro generatiōis. Itē ad debilitatē cōcupiſcētie que magis viget in illa parte. Itē in deteſtationē ydolatrie: quia gentiles in ſacris priapi partem illā honorabant: ⁊ per modum cuiuſda₃ augmenti aliqua addebant: q: priapus ꝓpter magnitudinem mēbri virilis inter deos fuit reputatus a gentilibus ꝓpter qđ etiam dicebatur deus hortoꝝ: ꝓpter fecūditatem que deſignatur in mēbro generationis: ꝓpter qđ in ſigno diſtinctiuo fideliū ab infidelibus fiebat reciſio. Tempus aūt octo dieꝝ non poterat anticipari: ſicut nec animalia ante octauū diem poterāt deo offerri: quia ante ſunt quid imperfectum: perfecta autem ſunt deo attribuenda. Item periculum eſſet puero de vita ſi ſtatim egreſſus de vtero matris circūcideretur: nec poterat vltra octo dies differri, alioquin pater pueri vel eius tutor ſi pater eſſet mortuus: morte debebat puniri: ipſe etiam puer veniens ad etatē adultam ſi negligeret circūciſionē accipere puniendus erat morte. vnde predicta cadunt ſub precepto circūciſionis: cetera autē₃ que de circūciſione poſſunt dici pertinent magis ad quartum ſniaruꝫ.
q Tam uernaculus. i. ſeruus natus in domo. r Quā empticius. i. acquiſitus ꝑ emptionem: circūcidetur.
s Et quicūꝗ₃ nō fuerit de ſtirpe veſtra. ſi debeat recipi in cōſortiū ⁊ ritum veſtrum.
t Eritꝗ₃ pactum ⁊c. ad hoc eñ circūciſio in carne facta eſt: vt firmius eoꝝ memorie imprimeretur: cetera patent vſꝗ₃ ibi.
u Sarai vxore₃ tua₃: vbi ponitur mutatio nois ſarai: vir. n. ⁊ vxor ſunt quaſi vna pſona. ⁊ iđ q: mutauit nomē abrae cōſequenter mutat hic nomē vxoris ſue dicens.
x Sarai vxore₃ tuam ⁊c. quia interpretatur principiſſa mea: quia ꝑ hoc deſignaret̄ ꝙ eēt principiſſa vnius domus tm̄.
x Sed ſaram. i. principiſſam abſolute quaſi ꝑ excellentiam.
y Et benedica₃ ei ⁊c. quia yſaac non fuit ex ea natus virtute nature tm̄: ſed cu₃ h̃ affuit adiutoriū gratie: quia tranſierat tempus concipiendi ſm naturam.
z Cecidit abraam in faciem. regratiādo deo de tanto beneficio.
a Et riſit. non ex deriſione. alioquin fuiſſet increpatus a deo ſicut fuit ſara: vt habet̄ ca. ſequēti. ſed riſit pre cordis exultatione.
b Putaſne centenario ⁊c. Hoc nō dixit dubitando: ſed diuinum officiū admirando. c Utinam yſmael ⁊c. faciens volūtate₃ ⁊ beneplacitū tuū. d Et ait deus. repetendo premiſſum beneficium: ⁊ explicando magis predicens nomē pueri naſcituri dicens.
e Uocabiſꝗ₃ nomē eius yſaac. qđ interpretat̄ riſus: eo ꝙ pat̄ pre exultatione riſit: vt predictū eſt. f Et cōſtituā ⁊c. de circūciſiōe ⁊ hereditate premiſſa. g Sup yſmael ⁊c. ⁊ ex hoc dicūt hebrei ⁊ veꝝ videtur ꝙ yſmael finiuit vitam in bono: quia de hoc abraā rogauerat ipſum deū: vt predictum eſt. cetera patent vſꝗ₃ ibi.
h Aſcendit deus ab abraam. i. diſparuit apparitio ⁊ viſio illa.
i Tulit autem abraam ⁊c. Hic cōſequēter ponitur executio mandati de circūciſione: ⁊ patet obedientia abrae: quia eadem die abſꝗ₃ retardatione adimpleuit illud mandatum in ſe licet eſſet ſenex ⁊ in alijs: ex quo patet obedientia yſmaelis filij ſui: qui cū eſſet. xiij. annoꝝ non recalcitrauit: ⁊ ſimiliter totius familie ipſius maſculine Notandū tñ ꝙ ſaraceni exemplo yſmaelis a quo ꝓceſſerūt: circūcidūt filios. xiij. annoꝝ. trāſgredientes formā precepti: qđ dīē octauam includit vt predictum eſt.

In cap. xvij. vbi dicitur in poſtilla. ambula cora₃ me. i. ac ſi me ſemper preſentialiter videres.

Additio. i.



Ille qui coram alio ambulat non ſemper eum videt ſed potius ille qui ſequit̄ hominē cōmuniter videt eum: ſaltem eius poſteriora. vnde cū dicitur Ambula corā me non ꝓprie exponit̄ dicendo ac ſi me preſentialiter ſemper videres: vt in poſtilla. ⁊ ideo aliter videtur hic dicendū. Pro quo attendendū eſt: ꝙ de iuſtis ſeu perfectis qui fuerunt ante aduētū chriſti ſepe dicitur in ſcriptura: ꝙ ambulant corā deo vt in hoc loco. ⁊ i. iiij reg. xx. vbi Ezechias dix̄ t. Memento obſecro quomodo ambulauerim coram te ſilr̄ de eode₃ Eſa. xxxviij. ⁊ ſic in quibuſdā alijs. De iuſtis [illegible] fuerūt poſt a[illegible] ſti nō dicitur: ꝙ a[illegible]uerūt corā deo. ſed [illegible] ꝙ ſequūtur deū. vñ Io. xij. c. Qui mihi miniſtrat ⁊c. Et Ioh. viij. ca. Qui ſequitur me ⁊c. ⁊ ſic de ꝗ₃ plurimis alijs. Cuius rō eſt: nam ſm doctores. exēplar perfectionis humane eſt ipſe chriſtus in cuius imitatōe tota cōſiſtit hūana pfectio. ⁊ ideo q: p̄mi iuſti exemplar perfectionis. ſ. chriſtū in hac vita exiſtentem habebant p̄ ſe: ideo perfectio eoꝝ conſiſtebat in hoc ꝙ ambulauerūt coram deo. i. ambulauerūt per viā ꝑ quā chriſtus erat ambulaturꝯ poſtremi v̄o: q: exēplar perfectionis. ſ. chriſtū habebāt ante ſe ſeu corā ſe: perficiebāt̄ in hoc ꝙ chriſtum ſequerētur. vñ Mathei. xix. Si vis perfectuſ eſſe ⁊c. Unde in ꝓpoſito notandū eſt ꝙ deus daturus abrae mandatū circūciſionis: in quo p̄cepto abraam fuit preuius ceteris fidelibus: ꝯuenienter dicitur ei. Ambula coram me ⁊c. nam in impletione huius precepti abraam fuit imitator perfectionis chriſti: ſpecialiter in duobus. primo in placendo deo per obedientiam: cui per preuaricationem ada₃ diſplicuerat: vt in. iiij. di. i. ſcđo in hoc ꝙ obediētia ipſiꝯ abrae fuit quodāmodo exemplaris ad eiꝯ poſteritatē. vñ ſic đ chriſto dī. Qđ ſicut per inobedientiā vniꝯ ⁊c. ſic ſuo mō Abrae obediētiā ſecuti ſunt fideles. Et h̃ pōt eſſe ratio: quare iuſti qui ante aduentum chriſti ſeu eius paſſionē deceſſerūt dicūtur eſſe in ſinu abrae: vt patet Luce. xvi. ca. Quāuis multi iuſti deceſſerint añꝗ₃ abraā fieret: vt Adā Abel ⁊ multi alij. ⁊ ideo in hoc loco ꝓprie dī abrae. Ambula cora₃ me ⁊c. Hoc eſt dicere: ambula per viam obedientie: per quā ego ſum ambulaturꝯ ⁊ eſto perfectus: ſic ꝙ eā tradas poſteris tuis imitādā: eo mō quo ego tradā viā meā imitandā cūctis: de hoc eñ cōmēdatur abraam a deo infra. xviij. ca. vbi ſic dicitur. Scio eñ ꝙ p̄cepturus ſit filijs ſuis ⁊ domui ſue poſt ſe. vt cuſtodiāt viā dñi ⁊c. queq̄dē expoſitio etiā cōcordat rōni naturali. Natura eñ ſ₃ Boe. initiū ſumit a pfectis: ⁊ iđ q: deꝯ diſpoſuerat ꝙ abraā eēt pater multarum gentiū: ⁊ accepiſſet ſignaculū fidei iuſtificātis: quē poſtea ꝗ₃ plurimi alij ſequerētur: ideo eidē dicit in hoc loco. Eſto pfectus. q. d. accipiat̄ a te quodāmodo initiū pfectiōis mō p̄dicto. Et notādū ꝙ de q̄buſdā iuſtis qui fuerūt añ abraā legit̄ ꝙ ambulauerūt cū deo. Uñ đ Enoch ſupra Geñ. v. ca. ⁊ de Noe Geneſis. vi. qđ cōcordat predictis. Nam de iſtis nō poteſt dici ꝓprie ꝙ ambulaſſent corā deo: ſicut de Abrā. cū non eis cōueniant ita expreſſe predicte ratiōes. Nec de eis poſſet dici ꝙ fuiſſent ſecuti deum: cū fuerint añ aduentū chriſti: ſed bñ eis cōuenit ambulare cum deo. ſ. in via iuſticie ⁊ innocētie que ſanctis cōuenit cōiter.

# Capitulum. xviij.

Universidad de Salamanca. BGH

Jn eodem cap.xvij. vbi dicitur in poſtilla. Alioquin pater pueri vł eiꝰ tutor ⁊c.

Additio ij.

Mittens circũciſionē non erat morte corporali puniendꝰ etiã ſm hebreos: nõ eñ dicitur hic: morte moriatur: ſicut in alijs criminibꝰ in quibꝰ lex vetus mãdabat puniri morte corpali: ſ; dr hic. delebitur anima ipſiꝰ ⁊c. i. nõ cõputabit inter ſanctos ſm glo. Cuiꝰ ratio ē quia talis aīa remanebat obligata originali peccato: in cuius remedium circũciſio fuit data: vt in quarto diſtinctione. i.

Replica correctorij cõtra Burgeñ. delyrum.

Apparuit[e] autē ei dominus in cõualle mãbre ſedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipo feruore diei. Cũq; eleuaſſ; oculos: apparuerunt ei tres uiri ſtantes ꝓpe eũ. Quos[f] cu; uidiſſet: cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui: et[g] adorauit in terra: et[h] dixit. Domine ſi inueni gratiã in oculis tuis ne tranſeas ſeruum tuum: ſed[i] afferã pauxillu;

quo denoĩatur illa vallis in qua manebat abraã. Sedenti. hic dicit quedã glo. hebraica ꝙ abraã voluit ſurgere ex reuerentia diuine apparitionis: ſed dñs dixit ei. Sede. tu es eñ in ſignũ filijs tuis. futurũ eſt eñ vt filij tui ſedeãt tanq; iudices in cõſilio: ⁊ ego ſic̃ que glo. fidei noſtre eſt cõſona: q; hoc fuit adimpletũ qñ ſaluator noſter verus deꝰ ⁊ verus homo ſtetit coram principibus ſacerdotũ: ſedentibus in conſilio ad iudicandũ ipſũ: vt deſcribũt quatuor euangeliſte. qđ ſuſtinuit ꝓ ſalute electoꝝ qui ſũt veri filij abrae

In capitulo. xvij. vbi poſtillator exponēs illũ paſſus. Ambula coram me. dicens ac ſi me preſentialiter ſemp videres. Burgē. dicit illam expoſitionē nõ eē ꝓpriã: q; vt īquit: qui ambulat coram aliquo nõ ſemp eũ videt: ſed ſolũ qui ſequit aliquē ſemp videt poſteriora eiꝰ: ſ; hoc vr̃ qđdã ſenectuꝝ delyramentũ. Loquēdo ŏ dei aſpectu ſic̃ ŏ hoibꝰ ſeſe aſpiciētibꝰ: nã q̃ deũ videt vel q̃ſi videt p̄ntialiter: videt eũ ante. poſt. ſurſum. deorſum ⁊c. Sine eni; errore nõ pōt dici aſſignãdo deo ſic vnã differentiã poſitionis quaſi nõ aliã: q; ſic diceret deũ diffinitiue in loco: qđ eſt erroneũ: q; deꝰ vbiq; totus eſt ſm eſſentiam: preſentiã ⁊ potētiã. ꝓprijſſime igit dixit poſtillator. Ambula corã me ac ſi p̄ſentialit ſemp videres: q; me preſente malefacere timebis: ⁊ filialiter timēdo proficies: ideo ſequit. ⁊ eſto perfectus. ſic ⁊ beatus Grego. xxxiij. mora. ſuper illo paſſu Job. Jn oculis eius q̃ſi hamo capiet eũ dicit. Jn oculis quippe habere dicimur: qđ corã nobis poſitũ videmꝰ. Nõ igitur magni pōderis eſt diſtinctio quã Burgeñ. ponit. inter ambulare corã deo: cum deo ⁊ poſt deũ. deus eñ cũctis iuſtis ab initio nõ ſolũ corã: ſ; preuius ⁊ obuius oſtendit viã pfectiōis ⁊ iuſticie: his quidē clarius: his vero obſcurius vt nõ ſolum ſancti noui teſtamenti poſſint dici imitatores dei: ſed etiã veteris. nũquid Joſue cũ populo veteri imitator fuit quando dixit. Abſit a nobis hoc ſcelus vt recedamꝰ a dño: ⁊ relinquamus veſtigia eius Joſue xxij. Nũquid ⁊ Ezechias de quo dicit. iiij. Reg. xviij. Adheſit dño: ⁊ nõ receſſit a veſtigijs eiꝰ. Nũquid Job quãdo dixit. Veſtigia eius ſecutꝰ eſt pes meus Job. xxiij. Nũquid Joſias quãdo percuſſit fedus coram dño vt ambularet poſt dominũ: vt dicit. iiij. Reg. xxiij. ⁊. ij. Paralyp. xxxiiij. ⁊ ſepe ſancti veteris teſtamēti dicũtur poſteriora dei vidiſſe: ⁊ idcirco nõ ſolum corã: ſed poſt dñm ambulaſſe: ⁊ verũ eſt ſm rem omnē iuſtu; diuini exemplaris imitatorē vocari: nõ obſtante vocali diuerſitate quã Burgēſis fabricat: que tamē ad ſenſum lr̃alem nihil facit: niſi habendo reſpectũ ad chriſti humanitatē. Nã ſi per hypoſtaſim chriſtus non fuiſſet incarnatus: nihilominus nõ defeciſſent iuſti: qui in via dei ambulaſſent: nec videtur valere ꝙ Burgeñ. dicit. Primos iuſtos exemplar perfectionis. ſ. chriſtum ſolum habuiſſe poſt ſe: non ante ſe: coincidit eñ cum eluidio: qui dixit chriſtum ante Mariam non fuiſſe. Apoſtolo tamē dicente ad Hebreos vltimo. Hieſus chriſtus heri ⁊ hodie ipſe ⁊ in ſecula. Sapientia eni; dei patris que chriſtus eſt: ab initio viã perfectionis ⁊ ſi nõ humana conuerſatione: tamen doctrine ⁊ legis deriuatione multipliciter exēplificauit vnde ⁊ Burgeñ. ſibijpſi in hac digreſſione cõtradicendo dicit Abraam fuiſſe imitatorē perfectionis chriſti in duobus: nec mirũ: quia omnes patres ve. te. ſpiritualiter legē intelligendo: dicendi ſunt viri euangelici. ſm Bonaueñ. ⁊ alios. inter quos potiſſimus abraã fuit: quēadmodũ Burgeñ. ipſe fatet. Jn eodem ca. vbi magiſter Nicolaus dicit. Negligēte; circũciſiōe; ſiue patrē ſiue tutorē morte plectēdũ ⁊c. bur. credidit ꝙ ŏ morte corporali dictũ eēt ⁊ ita vadit ſua inuectio: ſed videt poſtillator nõ de morte corporis: ſed anime dixiſſe ſm glo. ordina. ſpecialiter de morte cõminata primis parentibus: q; omnes nati pereũt qui de regeneratiōe nõ ſanant: vt dicit Jſido. ⁊ eſt glo. ordi.

Capitulum. xviij.

Pparuit aũt ei dñs. Hic oſtēditur quõ abraã vt pficiēs ſe habuit ad ꝓximũ. Et p̄mo in operibus charitatis tēporalibꝰ hoſpitalitatē prebēdo. Scđo in ſpũalibus ꝓ liberatione loth ⁊ alioꝝ orãdo in medio capituli: ibi. Dixit dñs celare nõ potero. Circa primũ ſciendũ: ꝙ aliter exponit a doctoribꝰ catholicis: alit ab hebreis: vtraq; tñ expoſitio cõſona eſt fidei noſtre: ⁊ ideo vtrãq; intendo ponere: ⁊ p̊ expoſitionē hebraicã: reciſis tñ quibuſdam friuolis: que ab ipſis interſerũtur. Dicũt igit ꝙ deſcribit hic duplex apparitio: prima eſt ipſius dei cũ dicitur. Apparuit aũt ei. i. abrae. dñs in cõualle mãbre. nomen eſt hois a

contingit eñ aliquando ꝙ preter intentionem loquentis diuina virtute hoc faciente: aliquod verbum ſic ꝓferatur: vt eſt conſonum fidei catholice: licet ꝓnũcians illud verbũ hoc non intelligat: ſ; aliud: ſicut Cayphas dixit de chriſto. Expedit vobis vt vnus moriatur homo ꝓ populo ⁊c. vt habet Jo. xi. ⁊ euangeliſta ſubdit. Hoc aũt a ſemetipſo nõ dixit ⁊c. intendebat eñ cayphas ſolũmodo dicere ꝙ melius erat chriſtũ mori: l; nõ haberet cã ſufficiens ꝯ eũ q; ꝙ occaſiōe ppl'i credētis in eũ venirent romani: ⁊ deſtruerēt locũ ⁊ gentē: ſed a deo factũ eſt: vt hãc ſententiã per talē modu; loquendi ꝓferret cayphas: vt illa locutio ſignificaret morte; chriſti futurã ꝓ redēptiōe generis humani: qđ cayphas nõ intelligebat ſicut plenius dixi exponēs hoc verbũ cayphe ſcribendo ſup Jo. ſic dico in ꝓpoſito: quid eñ intellexerit iſte gloſator neſcio: ſ; manifeſte patet: ꝙ ſic gloſam predictã ꝓtulit vel ſcripſit: ꝙ verba gl. predicte cõſonãt fidei noſtre. Jn oſtio tabernaculi: ad videndu; ſi tranſirent viatores: quos poſſet ad menſam recipere: quia hoſpitalitatē diligebat. Jn ipſo feruore diei. cũ eñ incipit dies feruēſcere: tũc ē hora q̃ viatores ſolēt ad domũ aliquã cã refectiōis declinare. Cũq; eleuaſſet oculos apparuerũt ei tres viri ⁊c. Cũ. n. deꝰ videret affectũ eiꝰ ad opꝰ hoſpitalitatis: ⁊ nõ venirēt aliqui hoies fecit tres angelos apparere in ſpecie viroꝝ: vt eis exhiberet hoſpitalitatis beneficiũ. Dicũt etiã hebrei: ꝙ cũ hoc alia de cã apparuerũt: q; vnus veniebat ad nũciandũ ſare cõceptũ: alius ad ſubuertēdũ ſodomã ⁊ alias quatuor ciuitates. ⁊ tercius ad ſanãdũ abraam: qui de nouo erat circũciſus. ⁊ liberandu; loth de ſubuerſione ſodomoꝝ. Dicunt etiam ꝙ apparitio fuit tercia die poſtq; fuerat abraã circũciſus: ⁊ iſta apparitio angeloꝝ ē ſcđa. Expoſitores autem catholici dicũt ꝙ a p̄ncipio capituli vſq; huc: ⁊ in toto capitulo ſequēti fuit vna apparitio tñ ita ꝙ dñs nõ apparuit in ſe: vł in aliqua ſimilitudine ipſum immediate repreſentãte ſed tñ in angelis quos fecit apparere: quoꝝ vnus poſtea locutus eſt in perſona ipſius dei. Sic igitur exponũt litterã a principio capituli.

e Apparuit autem ei dñs. in hoc primo deſcribit apparitio iſta in generali: ⁊ in ſequentibus deſcribitur modus apparitionis in ſpeciali: ⁊ primo q̃tũ ad locũ cũ dicitur. Jn cõualle mãbre. Secũdo q̃tum ad diſpoſitionē abrae cui fiebat apparitio cum dicit Sedenti in oſtio tabernaculi ſui. Tertio q̃tum ad tempus cũ ſubditur. Jn ipſo feruore diei. Quarto q̃tũ ad perſonas apparētes aucte dei cũ dicit. Apparuerũt ei tres viri. i. angeli in ſpecie viroꝝ Littera aũt exponat ſicut in expoſitiōe predicta: excepto principio cũ dicitur. e Apparuit aũt dñs ei ſedenti. ſ. angelos quos fecit apparere. f Quos cũ vidiſſet ⁊c. in quo oſtendit eius ꝓmptitudo ad hoſpitalitatis beneficiũ: ⁊ in hoc dat diuitibꝰ exemplu;.

g Et adorauit. adoratione dulie: vt illos cõuenientiꝰ poſſet inuitare. h Et dixit. dñe ſi inueni grãm ⁊c. l; eſſent tres. tñ ſic apparebant quaſi vnꝰ eſſet p̄ncipalis ⁊ dñs int illos: ⁊ iõ illũ alloquit credens ꝙ ſi ip̄m inducat ad hoſpitiũ: alij duo ſequãtur. Dicunt aũt hebrei ꝙ iſti tres angeli fuerũt michael: gabriel ⁊ raphael: ita ꝙ michael erat in medio. alij aũt duo ad dexterã ⁊ ſiniſtra;: ⁊ hic erat modus ambulandi tunc: qñ aliquis ſuperior erat duobꝰ alijs ꝙ ille ambulabat in medio: ⁊ in hoc cognouit abraã quis erat ſuperior: ⁊ dicũt ꝙ michael hic erat in medio: ⁊ hic venerat ad denũciandũ ſare cõceptũ: q; hoc erat p̄ncipale negociũ: eo ꝙ meſſias. i. chriſtus erat inde naſciturꝰ ⁊ interpretatio nois cõſonat. Michael eñ interpretat quis vt deꝰ. Gabriel aũt venerat ad ſubuertēdũ ſodomã: ⁊ interpretatio cõſonat: interpretat eñ fortitudo dei. Ra



phael aũt venerat ad ſanandum abraam: ⁊ ad ſaluandu; loth: ⁊ interpretatio conſonat: quia interpretatur medicina dei.

i Sed afferã pauxillũ aque ⁊c. homines eñ tũc nõ ita ibãt equitãdo ⁊ calciati ſicut modo. k Et requieſcite ſub arbore. in vmbra ⁊ ad auram ꝓpter eſtum imminētem. l Ponamq; buccellã panis ⁊c. Ex hoc manifeſte pats ꝙ tunc credebat eos eſſe homines: ſciebat eñ ꝙ angeli non indigebãt talibus.

m Qui dixerunt ⁊c. in quo apparet gratia hoſpitalitatis.

n Feſtiauit abraam. ne attediarentur in nimia expectatione.

o Tulit ⁊c. id ē coco. Hebrei aũt dicunt: ꝙ iſte puer fuit yſmael filius ſuus cui tradidit abũ parãdu; vt eum aſſuefaceret hoſpitalitatis operibus. ſequit.

p Jpſe vero ſtabat iuxta eos. ad vidēdũ ne aliq̃d deficeret. ſequit.

q Ubi ē ſara vxor tua. hoc petiuit nõ ex ignorãtia ſ; vt cõuenientiꝰ nũciaretur eius cõceptus de ꝓpinquo futurus.

r Ecce ī tabernaculo eſt. erat. n. ſimplex ⁊ verecunda ⁊ iõ ſe nõ exponebat aſpectibꝰ hominu;. s Cui dixit. ſ. ille angelꝰ de tribꝰ q̃ venerat ad nũciãdũ eiꝰ cõceptũ. t Reuertēs veniã ad te. in quo oſtēdit ꝙ angeli ſũt ſolliciti ŏ viſitatione iuſtoꝝ.

aque: ⁊ lauent pedes ueſtri: et[k] requieſcite ſub arbore. Ponãq;[l] buccella; panis: ⁊ confortetur cor ueſtrum: poſtea tranſibitis. Jdcirco eni; declinaſtis ad ſeruum ueſtrum. Qui[m] dixerũt. Facut locutus es. Feſtinauit[n] abraam in tabernaculum ad ſaram: dixitq; ei. Accelera: tria ſata ſimile ꝯmiſce: ⁊ fac ſubcinericios panes. Jpſe uero ad armētum cucurrit: et[o] tulit inde uitulum tenerrimũ ⁊ optimũ: deditq; puero: qui feſtinauit: et coxit illum. Tulit quoq; butyrum ⁊ lac ⁊ uitulũ quem coxerat et poſuit corã eis. Jpſe[p] uero ſtabat iuxta eos ſub arbore. Cũq; comediſſent dixerũt ad eũ. Ubi[q] eſt ſara uxor tua. Jlle reſpōdit. Ecce[r] in tabernaculo eſt. Cui[s] dixit. Reuertens[t] ueniam ad te tēpore iſto uita[u] comite: et[x] habebit filiu; ſara uxor tua. Quo[y] audito: ſara riſit poſt oſtium tabernaculi. Erant[z] aute; ambo ſenes ꝓuecteq; etatis: ⁊[a] deſierant ſare fieri muliebria: que riſit occulte dicens. Poſtq̃; conſenui ⁊ dominus meus uetulus eſt: uoluptati operam dabo. Dixit[c] autem dominus ad abraam Quare riſit ſara uxor tua dicēs Num uere paritura ſum anus. Nunquid[d] deo quicq̃; eſt difficile. Juxta condictum reuertar ad te hoc eodem tempore uita comite: et habebit ſara filium. Negauit ſara dicens: non riſi timore perterrita. Dominus autem: non eſt inquit ita: ſed riſiſti. Cum[e] ergo ſurrexiſſent inde uiri: direxerunt[f] oculos ꝯtra ſodomã: et[g] abraam ſimul gradiebatur: deducēs eos. Dixitq;[h] dñs Num[i] celare potero abraã que geſturus ſum: cu; futurus ſit in gentem magnam ac robuſtiſſimã: et benedicēde ſint in eo oēs nationes terre. Scio[k] eñ ꝙ precepturus ſit filijs ſuis ⁊ domui ſue poſt ſe: ut cuſtodiant uiam domini ⁊ faciant iudicium ⁊ iuſticiam ut adducat dominus ꝓpter abraam omnia que locutuſ eſt ad eum. Dixit itaq; dominꝰ Clamor[l] ſodomoꝝ ⁊ gomorreorum multiplicatus[m] ē ⁊[n] peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. Deſcendã[o] ⁊ uidebo: utrũ clamorem qui uenit ad me opere compleuerint: an non eſt ita ut ſciam. Conuerterũtq;[p] ſe inde: ⁊ abierunt ſodomã. Abraa;

ca. xix. Circa p̄mũ ſic ꝓcedit: q; primo ponit reuelatio abrae facta de ſodomoꝝ ſubuerſione. ſcđo ponit oratio eiꝰ ꝓ populi liberatiōe: ibi. Abraam vero. Primũ exponit dupliciter. ſm eñ expoſitionē hebraicã in principio huiꝰ capituli poſitã dñs qui loquebat nõ eſt aliquis de tribꝰ angelis predictis: ſed ipſe dñs: qui ſm illã expoſitionē dr apparuiſſe abrae in p̄ncipio capituli. Secundũ autem aliam expoſitionē Jſte qui vocat hic dñs ē ille angelus qui denũciauit cõceptũ ſare: vt predictũ eſt: ⁊ ſm hoc dicēdu; ꝙ l; abraam vſq; tũc crediderit illos angelos eſſe hoies: tñ tũc reuelauerũt ei ꝙ eſſent angeli: ⁊ extũc ille principalis angelus loquebatur in pſona dei. Littera aute; ſequens in alijs vniformiter exponitur ſm iſtam ⁊ alia; expoſitionem.

i Nũ celare potero abraam ⁊c. ac ſi dicēt: cũ abraa; ſit mihi familiaris amicus nõ eſt decens ꝙ ego celem ei vindictam quam facturus ſu; in ciuitatibꝰ ſodomoꝝ: ⁊ maxime cu; illã terrã ꝓmiſerim abrae ⁊ cauſa amicicie dei cum abraam ſubditur.

k Scio eñ ⁊c. ⁊ ſequit

l Clamor ſodomoru; ⁊ gomorreoꝝ. peccata eni; eoꝝ erant patentia ⁊ manifeſta: ſm ꝙ dicit Eſa. iij. Peccatum ſuum quaſi ſodoma predicauerũt nec abſconderunt ⁊ propter hoc dicuntur hic clamare. Et eſt hic conſiderandũ: ꝙ tria genera peccatoru; leguntur clamare ad deum. Primũ eſt occiſio innocentis: ſm ꝙ dicit dñs ad cayn Geneſis iiij. Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Secundum eſt peccatum contra naturam: ſicut hic dicit. Tercium defraudatio pauperum laborantiu;: de quo habetur Jacobi. v. Merces operarioꝝ veſtroꝝ: qui meſſuerunt regiones veſtras: que fraudata eſt a vobis clamat: ⁊ clamor eoꝝ in aures dñi ſabaoth introiuit. m Multiplicatus eſt. addendo pctã pctis.

n Et peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. Hebrei autē dicunt ꝙ iſta aggrauatio fuit: eo ꝙ quandam puellam occiderunt morte inſolita: eo ꝙ dederat alimentum pauperi: ⁊ hoc ꝯſonat dicto Ezechielis. xvi. Hec fuit iniquitas ſodome ſororis tue ſuperbia: ſaturitas panis ⁊ ocium ⁊ manum egeno pauperi non porrigebant. o Deſcendã ⁊ videbo ⁊c. Hoc dicitur nõ quia deus indigeat tali inueſtigatione ſed vt doceantur ꝑ hoc iudices non ſententiare donec diligenter inquiſierint veritatem.

p Conuerterũtq; ⁊c. ſ. duo angeli qui apparebant in ſpē viroꝝ: vt habetur in principio ſequentis capituli. tercius autē qui annũciauerat ſare conceptũ: ⁊ qui loquebat in perſona dñi: vt dictũ eſt adhuc remanſit ibi cum abraam: ſm iſtã expoſitionē. Scđm vero expoſitionē hebraicã pretacta; ille angelus qui ãnũciauerat ſare conceptũ: q; perfecerat legationē ſuam: diſparuit ⁊ receſſit: q; duo tñ angeli mittebãtur a deo ſodomã: vnus ad ſubuertendũ patriã: alius ad liberãdũ loth. ⁊ ille q̃ vocat hic cõiter dñs cũ quo abraã loquebat: ē ipſe deus qui ſibi apparuit ꝓut dictũ eſt a p̄ncipio capituli. Jn alijs aũt lr̃a vniformiter exponit. Abraam aũt adhuc

v Uita comite. loquit more humano: q; hõ eſtimabat ab his q̃bꝰ loquebat. x Et habebit Sara filiũ: nõ adoptiuũ ſed naturalē. y Quo audito ſara riſit reputãs illud dictũ friuolũ: ⁊ cã ſubdit. z Erãt aũt ãbo ſenes. ⁊ ſic erat vnu; impedimētũ generatiōis cõe ãbobꝰ: ⁊ vnũ ſpãle in ſara: qđ notatur cũ ſubdit. a Et deſierãt ſare fieri muliebria. i. mēſtrua poſt quoꝝ ceſſationē nõ ē apta mulier ad cõceptionē. ſeq̃t. b Poſtq̃; cõſenui ⁊c. q. d. nõ decet. ⁊ ex hoc vr̃ ꝙ ſara cõtinuit ab actu ꝯiugali ex quo trãſijt tp̄s ſuũ ꝯcipiēdi ſm naturã: quouſq; fuit certificata de ꝯceptu futuro diuina virtute. c Dixit aũt dñs ad ab. i. ille angelꝰ qui int tres ap̄pebat vt ſupior: ⁊ q̃ venerat ad nũciãdũ ſare cõceptũ. d Nũq̃d deo ē q̃cq; difficile. ac ſi dicat: l; impoſſibile ſit nature dare tibi cõceptũ: nõ tñ deo ē difficile. cetera patent vſq; ibi. e Cũ ergo ſurrexiſſent inde viri. i. angeli in ſilitudīe viroꝝ. f Direxerũt oculos ⁊c. incipiētes ire v̄ ſus partē illam.

g Et abraã ſil' gradiebat. ſicut ſolet fieri ex curialitate humana: ꝙ hoſpites ꝑ aliqđ ſpaciũ cõducũt. Abraa;. n. adhuc credebat eos eē hoies itinerãtes h Dixitq; dñs. Hic oſtendit pietas abrae orãdo ꝓ ꝓximo: ⁊ p̄mo eiꝰ orõ deſcribit: ⁊ ſcđo exauditio oſtēdit



Universidad de Salamanca. BGH

ſtabat corã dño. Abraã eñi audita populi cõdẽnatiõe pietate motus ce/pit rogare dñm ꝓ eiꝰ liberatione: ⁊ ideo dicitur. Stabat corã dño: para/tus ad populi adiutoꝛiũ: ⁊ accipit hic dño ꝓ ipſo deo, ſm expoſitionem hebꝛaicam: ſm aliã vero ꝓ angelo loquente in perſona dei. q Et ap/propinquans ait. vt cõuenientius oratione ſuam ꝓponeret. r Nũquid perdes iuſtũ cum impio. q.d.non. Et quia ſciebat loth eſſe iuſtũ: liberatõẽ eiꝰ habuit ꝓ obtenta. ⁊ iõ cõuertit ſe ad liberationẽ alioꝝ dicẽs. s Si fue rint quinquaginta iuſti in ciuitate. i. in ciuitatibꝰ: qꝛ erãt quinqꝫ ciuitates. In hebꝛeo autem aliqñ acci/pit ſingulare ꝓ plurali: ſi cut Exoð. viij. Venit mu/ſca grauiſſima. i. multitu/do muſcaꝝ: vel in ciuitate in ſinglãri ꝓ ſodoma: qꝛ illa ciuitas pñcipal erat: ⁊ ſub illa intelligunt alie quatuoꝛ que erant ei ſub/dite: ꝓpter qð reges illa/rũ iuerunt cum rege ſodo moꝝ ad ꝑliũ tanqꝫ vaſal li ſui: vt habet. ſ. xiiij. pa/tet ergo ꝙ ꝓ qualibet ci/uitate accipiebat. x. iuſtoſ petẽs a dño liberationeꝫ cuiuſlibet ciuitatis ꝓ de/cem iuſtis in ea repertis: ſm ꝙ exponũt hebꝛei. ſe/quitur. v Quid ſi mi/nus quinquaginta iuſtis quinqꝫ fuerint: ita ꝙ cui/libet ciuitati aſſignet no/uem iuſti: petit abꝛaam ꝙ ꝓ illis nouem parcatur cuilibet ciuitati. non eñi auſus fuit ad minoꝛem numerum deſcendere: qꝛ conſiderabat ꝙ octo per ſone iuſte fuerant in archa tẽpoꝛe diluuij: ⁊ tamẽ nullus alius fuit ſalua/tus ꝓpter eoꝝ iuſticiam. ⁊ ideo quãdo abꝛaam querit vltra: ſi parceret ꝓ/pter. xl. intelligit de liberatione quatuoꝛ ciuitatum tñ. ⁊ quãdo ꝓpter tri/ginta intelligitur de liberatione triũ. ⁊ quando ꝓ viginti de liberatione duarum: ⁊ quando ꝓ decem de liberatione vnius: ⁊ ideo ibi ſtetit: qꝛ nõ erat vltra deſcenſus. Expoſitoꝛes autẽ catholici dicũt: ꝙ a pñcipio pe titionis abꝛae vſqꝫ ad finẽ intelligitur facta ꝓ liberatione totius populi v. ciuitatum: ſed ꝓcedit ſic deſcendendo vſqꝫ ad. x. iuſtos tentando obten ta vna gratia: ſi poſſit maioꝛem impetrare: vltra vero. x. non deſcendit: de/cem eñi homines ⁊ non paucioꝛes faciunt populum. Qð autem ꝓ iuſti/cia minoꝛis populi petatur liberatio populi maioꝛis iniuſti non videtur irrationabile petere: ſed ꝙ ꝓ iuſticia tam paucoꝝ qui nõ poſſunt dici po/pulus peteretur liberatio populoꝝ. v. ciuitatũ videtur magis extraneum: ⁊ iõ abꝛaã nõ fuit auſus vltra deſcendere.

In ca. xviij. vbi dicit in poſtilla. Expoſitoꝛes aũt catholici dicũt ꝙ a pꝛincipio capituli.

Additio. i.

Diſcuſſio ſeu examinatio haꝝ duaꝝ expoſitionum circa appari tionem abꝛae factam in hoc loco non eſt ſic ſuperficialiter tran/ſeunda ſicut in poſtilla: cõmuniter eñi tenet eccleſia in hoc loco abꝛae fuiſſe factam reuelationẽ de trinitate diuinarum perſonarum: ⁊ vni tate diuine eſſentie: vnde eccl'a cõiter cantat: ꝙ abꝛaam tres vidit ⁊ vnum adoꝛauit: ſed diligenter aduertenti ſatis cõpꝛobatur veritas ex littera ca/tholice expoſitionis ex multis. Pꝛimo quia ſi hic eſſent due apparitiões pꝛima eſſet oĩno ſuperflua. Cum eñi dicitur. apparuit ei dñs ⁊c. non exp/mitur ꝙ aliquid dixiſſet dñs abꝛae: nec econtra: quia ſtatim ſubdit. Cum eleuaſſet oculos. Ex quo patet ꝙ ꝓceſſus ſeu foꝛma illius viſionis con/ſiſtebat in apparitione illoꝛuꝫ trium viroꝛum: ⁊ ſic exponit Ra. Moy. in ſuo libꝛo de deductione perplexoꝝ. ſeꝫ ꝙ apparitio dñi in hoc loco facta abꝛae expꝛimitur per hoc quod ſequitur. Cũqꝫ eleuaſſet ⁊c. Item qꝛ an/gelo loquente cũ abꝛaam de annũciatione ſare: ⁊ ipſa ridente deus locu/tus eſt abꝛae cõtinuando locutionem angelicam ſine aliqua interruptio/ne quaſi eſſet idem angelus. ſ. qui loquebatur ⁊ deus. vnde dicit. Dixit

[Abraam] uero adhuc ſtabat coram dño: etᵠ appꝛopinquans ait. Nũqdʳ perdes iuſtum cum impio. Siˢ fuerint quinquaginta iuſti in ci/uitate peribunt ſimul: ⁊ nõ par/ces loco illi pꝛopter quĩquagin ta iuſtos ſi fuerit i eo. Abſit a te ut rem hanc facias ⁊ occidas iu ſtum cum impio fiatqꝫ iuſtus ſi/cut impius. Non eſt hoc tuum qui iudicas omnem terram: ne/quaqꝫ facies iudicium hoc. Di xitqꝫ dñs ad eum. Si inuenero ſodomis quinquaginta iuſtos i medio ciuitatis: dimittaꝫ omni loco ꝓpter eos. Reſpõdit abꝛa am ⁊ ait. Quia ſemel cepi lo/quar ad dominũ meum cum ſiꝫ puluis et cinis. Quidᵛ ſi minꝰ quinquaginta iuſtis quinqꝫ fue/rint: delebis pꝛopter quinqua/ginta quinqꝫ uniuerſam urbeꝫ. et ait. Non delebo ſi inuenero ibi quadraginta quinqꝫ. Rur/ſumqꝫ locutus eſt ad eum. Si autem quadraginta ibi inuenti fuerint quid facies. Ait. Nõ ꝑ/cutiaꝫ ꝓpter quadraginta. Ne queſo inquit idigneris domine ſi loquar. Quid ſi ibi inuenti fu erint triginta. Reſpondit. Nõ faciam ſi inuenero ibi triginta. Quia ſemel ait cepi: loquar ad dominũ meũ. Quid ſi ibi inuẽ/ti fuerint uiginti. Ait. Non in/terficiam pꝛopter uiginti. Ob/ſecro inquit ne iraſcaris domine ſi loquar adhuc ſemel. Quid ſi inuenti fuerint ibi decem. Dixit Non delebo ꝓpter decẽ. Abijt dñs poſtqꝫ ceſſauit loq ad abꝛa/am: ⁊ ille reuerſus ẽ in locũ ſuũ.

autem dñs ⁊c. quod non eſt intelligendũ de identitate eſſentiali: ſꝫ de identitate repꝛeſentatiua. ſ. ꝙ ille angelus tunc loquebat in per ſona diuina quam in illa apparitione repꝛeſentabat. Item dictuꝫ angeli. ſ. Reuertens veniam ad te ⁊c. non legitur impletum niſi in hoc quod dicitur infra. xxi. cap. Dominus autem ⁊c. in quo appa ret ꝙ ille angelus qui dicit ſe reuer/ſurum: ⁊ dñs viſi tans: accipiuntur in hoc loco ꝓ eo/dem modo pꝛedi cto. Item hoc pa tet de adoꝛatione abꝛae: qui poſtqꝫ vidit tres vnum adoꝛauit: qð intel/ligẽdũ ẽ de ado/ratõe latrie. dicẽ. n. Et adoꝛauit i ter/ra: quod vnuꝫ ab ipo adoꝛatũ ado nai vocauit: vt pa tet i littera hebꝛai ca. Itẽ hoc patet ex obſeqo abꝛae ꝓdictis viris ſeu angelis impenſo tum in locutio/ne cuꝫ ſe vocat ſer uum: vt cum di/xit ne tranſeas ſer uũ ⁊c. tum in hoc ꝙ ea que ad con/uiuiuꝫ parauerat per ſeipſum cum magna diligẽtia ſeu feſtinatiõe fa/ciebat: vt cum dicitur. Feſtinauit abꝛaam in tabernaculũ ⁊c. Ipe vero ad armentum cucurrit ⁊c. qui feſtinauit ⁊c. Tulit quoqꝫ bu/tyrum ⁊c. ⁊ poſuit coram eis. vnde Origeñ. Conſidera pꝛotinus ſenem abꝛaam impigrum ⁊ alacrem in officijs. Item quia ipſis re cũbentibus dicitur. Ipe vero ſtabat iuxta eos: quaſi non audens conſedere cum eis: nec etiam illi ipſum ad hoc inuitabant: que oĩa attẽta dignitate abꝛae ⁊ eiꝰ ſenectute irratiõabilit fierẽt niſi hec ap paritio eſſet ſibi repꝛeſentatiua diuinoꝝ: ⁊ abꝛaam hoc ſpiritu ꝓ/phetico cognouiſſet. vnde Ambꝛo. i libꝛo de abꝛaam. Vide pꝛi/mo fidei myſterium: deus illi apparuit ⁊ tres aſpexit. cui deus re/fulſit trinitate: non ſine filio patrem ſuſcipit: nec ſine ſpirituſancto filium confitetur. hec ille. Ex quibus ⁊ alijs ad hoc coꝛreſpondẽ/tibus in littera contentis: ſi attente conſiderentur manifeſte patet: ꝙ hec fuit vna apparitio incedens ad hoc quod dicitur. Appar it aũt ei dñs. in pꝛincipio huius capituli. xviij. vſqꝫ ad pꝛincipiuꝫ ſequentis capituli. ſcilicet. xix. vbi dicitur. Abijt dñs poſtqꝫ ceſ/ſauerat loqui abꝛaam: ⁊ ideo cum angeli receſſiſſent abeundo ſo/domã: interponitur. Abꝛaam vero adhuc ſtabat coram dño con/tinuando pꝛedicta dicendis ſub eadem apparitione in qua abꝛae poſtqꝫ a deo audiuit. Ambula coram me ⁊ eſto perfectus ⁊c. pꝛo ut ſupꝛa fuit dictum in additione in capi. imediate pꝛecedenti: ⁊ re/cepit pactum dñi in carne ſua in fedus eternũ ⁊c. ſ. ad eternitatem ducens: vt in glo. ſtatim fuit ſibi facta apparitio trium diuinarum perſonarũ cum vnitate diuine eſſentie repꝛeſentatiua: vt ille qui pa ter multarũ gentiũ cõſtituebatur a deo in vera fide. vltimũ termi/num in quem fides tendit ſaltem enygmatice ſeu repꝛeſentatiue vi/deret: ⁊ cõſequenter oſtenderetur eſſe interceſſoꝛem ꝓ delinquenti/bus etiam alienigenis tanqꝫ pater multarũ gentium: vt patet in fa cto ſodomoꝝ que eſt ſcða pars poſt pꝛincipalem huius appariti/onis. vnde recte conſideranti hec expoſitio eſt vera apud catholi/cos ⁊ littere magis conſona: licet foꝛte apud infideles diſtinctiõeꝫ perſonarũ in diuinis non recipientes poſſet irrationabiliter decli/nari: de quo catholicus exponens curare non debet ꝓut declaratũ fuit in queſtione ſuper pꝛologum ar. v. Et notandum ꝙ licet in ex/oꝛdio creationis mundi ⁊ deinceps ſepe pluralitas perſonaꝝ di/



uinaꝝ cum eſſentie vnitate innuat: non tamẽ numerus determina/tus diuinarum perſonarum explicite oſtenditur vſqꝫ ad tempus abꝛae in hac apparitione: ex quo dignitas abꝛae demõſtratur pꝛe ſertim in his que ad fidem pertinent.

In codeꝫ capitulo. xviij. vbi dicit in poſtilla. Et adoꝛauit ado ratione dulie.

Additio ij.

b Et adoꝛatio videtur eſſe latrie: quia vbi dicitur. Dñe ſi inueni gratiam ⁊c. ibi ponitur adonai: vt dictum ẽ: ado rabat eñi abꝛaam deum repꝛeſentatum per iſtos tres vi ros. vnde Augu. xvi. de ciui. dei. Abꝛaam in tribus viris deum co gnoſcebat: cui per ſingularem numerum loquebatur: etiã cum eos homines eſſe arbitraretur. hec ille. Nec valet quod hebꝛei dicunt: ꝙ vnus apparebat quaſi dñs inter alios quẽ abꝛaam alloqueba tur: nam abꝛaam ibi expꝛeſſe ſe vocat ſeruũ illoꝝ: non tñ vnius. di cit eñi. Idcirco declinaſtis ad ſeruũ veſtrum. De nominibus au/tem hoꝝ trium angeloꝛũ non videtur temere aliquid aſſerendum: ſed veriſimiliter videtur eſſe dicenduꝫ: ꝙ ille qui venerat ad denũ ciandum ſare conceptum: a qua chꝛiſtus ſm carnem naſciturꝰ erat eſſet gabꝛiel. ipſe eñi denũciauit danieli tempus aduentus chꝛiſti Dañ. ix. ſimiliter ⁊ zacharie ↄceptũ pꝛecurſoꝛis ipſius chꝛiſti Lu ce. i. ⁊ finaliter beate virgini chꝛiſti cõceptionẽ Luce. i.

In eodem capi. xviij. vbi dicitur in poſtilla. Scðm autem aliã expoſitionem.

Additio. iij.

s Ecũdum vero expoſitionem. ſ. catholicam ſupꝛadictaꝫ iſte qui vocatur hic dñs eſt verus deus ſub ratione dei tatis ab abꝛaam appꝛehenſus: non habito reſpectu ad diſtinctionem perſonarum: ſicut in qꝫpluribus locis ſacre ſcriptu/re reperitur.

In eodem capitulo. xviij. vbi dicitur in poſtilla. Vltra vero de cem non deſcendit.

Additio. iiij.

h Ieremie. v. cap. legitur. Circuite vias hieruſalem ⁊ que rite in plateis eius: an inueniatis virum facientem iudi/cium ⁊ querentem fidem. ⁊ ꝓpicius ero ei. ſ. hieruſaleꝫ ex quo videtur ꝙ ꝓ iuſticia vnius tñ: nõ eſſet irrationabile ꝙ libe raretur vnus populus. vnde non videtur extraneũ ꝙ abꝛaam au/ſus fuiſſet petere: qð Hiere. in perſona dñi concedebat: ad qð di/cenduꝫ ꝙ in hoc loco deus loquit moꝛe humano: vt doceret abꝛa am: qui ꝓut deus in hoc loco teſtatur: pꝛecepturus erat filijs ſuis ac domui ſue poſt ſe cuſtodire viam dñi: ⁊ facere iudicium: ⁊ iuſti ciam addiſceret quoniã ꝓcedendũ eſſet per viam iuſticie in puniẽ dis magnis flagitijs: que publicam euidentiam habent: de qui/bus intelligitur clamoꝛ. vnde ſm Ambꝛo. Peccatum cum clamo/re: culpa cũ libertate eſt. ⁊ ideo iſte collationes inter deum ⁊ abꝛa am referende ſunt ad infoꝛmationẽ ipſius abꝛae modo humano: vt cum dicit. Deſcendam ⁊ videbo pꝛecipitationẽ iudicij cõpeſce/re: pꝛeſertim quo ad maioꝛa crimina: que quãto actius ſunt puniẽ da: tanto videntur tardius credenda: vt in glo. Abꝛaam aũteꝫ nõ petiuit in hoc loco miſericoꝛdiam ſimpliciter: ſed admixtam cũ iu/ſticia. vnde dicit. Abſit a te vt occidas iuſtum cũ impio ⁊c. ⁊ ideo poſtqꝫ acceſſit ad numerum decem ceſſauit vltra petere eſtimãs ꝙ modicũ quaſi nihil reputatur: vt dicit phs. ij. phiſ. Hiere. vero in perſona dei moꝛe diuino loquitur: cuius miſericoꝛdia eſt infinita: vt ſic etiã ꝓpter vnũ tñ ꝑcendũ dicit eſſe quemadmodum ceteris.

Replica coꝛrectoꝛij contra Burgeñ. fictoꝛem.

b Nũciatũ eſt ioſeph ⁊c. q̃ nũcij frequenter currebãt de ipſo ad patrē ⁊ ecõuerſo ad ſciendũ ſtatũ mutuũ. c Ire perrexit. h' non eſt in hebreo, ſenſus tñ eſt. i. ad eundũ ſe diſpoſuit. d Qui confortatus. de aduentu filij ſui predilecti. e Deus oĩpotēs apparuit mihi in luza. iſta ciuitas vocat bethel ⁊ hieruſalē ⁊ alijs noĩbus: vt. ſ. expoſitũ ē ca. xxviij. f Daboq; tibi terrã hãc. hoc dixit iacob vt oſtēderet ꝙ poterat dare partē in terra illa ꝓmiſſiõis filijs ioſeph ſicut ⁊ ꝓprijs filijs. iõ ſubdit. g Duo ergo filij tui ſ. manaſſes ⁊ ephraim. h Mei erũt p adoptionē. i Sicut rubē ⁊ ſymeon reputabũtur mihi. i. quilibet eoꝝ ita accipiet portionē ſuã in terra ꝓmiſſiõis qñ diuidet ſicut filij mei naturales ⁊ poſuit exemplũ de ruben ⁊ ſymeon plus q̃ꝫ de alijs: q̃ erãt pͥmogeniti. ⁊ iõ equiparauit filios ioſeph ipſis. p ɔñs ⁊ alijs minoribus.

k Reliquos aũt quos genueris ⁊c. i. nõ adopto eos tali modo.

l Et noĩe fratrũ ſuoꝝ ⁊c. i. ab eis nõ denoĩabit aliqua trib⁹ ſꝫ nominabũt ſub tribubus manaſſe ⁊ ephraim: ⁊ cũ eis accipiēt hereditatē. m Mihi enĩ. Hic ſubdit ipſi⁹ iacob excuſatio. ꝓpendebat enĩ p aliqua ſigna: ꝙ ioſeph mirabat de hoc ꝙ iacob cũ tãtis ſumptib⁹ volebat portari corpus ſuũ ad ſepulturã duplicem in hebron: ⁊ maxime q̃ rachel mater ſua que fuerat vxor iacob predilecta nõ erat ibi ſepulta. ⁊ ideo Iacob volens ſuper hoc pacificare ioſeph: dixit.



ſemen tuum[u]. Cũq; tuliſſet eos Ioſeph de gremio patris: adorauit[v] pronus in terram: et[x] poſuit ephraim ad dexterã ſuã. i. ad ſiniſtrã iſrael: manaſſen vero in ſiniſtra ſua ad dexterã. ſ. patris: applicuitq; ambos ad eum. Qui extendens manũ dexterã poſuit ſup caput ephraim iunioris fratris: ſiniſtrã aũt ſuper caput manaſſe qui maior natu erat cõmutans manus. Benedixitq;[y] Iacob filios Ioſeph: ⁊ ait. Deus in cuius cõſpectu ambulauerũt patres mei abraã ⁊ Iſaac: deus q paſcit me ab adoleſcētia mea uſq; in preſentē diē: angelus qui eruit me đ cũctis malis: benedicat pueris iſtis et[z] inuocetur ſuper eos nomen meũ noĩa quoq; patrũ meorũ Abraã ⁊ Iſaac: ⁊ creſcant in multitudinē ſup terrã. Videns autē Ioſeph ꝙ poſuiſſet pater ſuus dexterã manũ ſup caput ephraim: grauiter accepit. Et apprehenſam manum patris leuare conatus eſt de capite ephraim: ⁊ transferre ſuper caput Manaſſe. Dixitq; ad patrē. Non[a] ita cõuenit pater: q̃a hic ē primogenit⁹. Pone dexteram tuã ſuper caput eius. Qui renuēs: ait. Scio[b] fili mi ſcio: ⁊ iſte quippe erit in pplõs ⁊ multiplicabitur ſed[c] frater eius iunior maior erit illo: ⁊ ſemen illius creſcet in gentes. Benedixitq; eis in tempore illo dicens. In te benedicetur iſrael atq; dicetur. Faciat tibi deus ſicut ephraim et ſicut manaſſe. Conſtituitq;[d] ephraim ante manaſſē et[e] ait ad Ioſeph filium ſuum. En ego morior ⁊ erit deus uobiſcum: reducetq; uos ad terram patrum ueſtroꝝ. Do[f] tibi partem vnam extra fratres tuos quam[g] tuli de manu ãmorrei in[h] gladio ⁊ arcu meo.

## Capitulum. xlix.

n Mortua ērachel ⁊c. q. d. neceſſitas me cõpulit ipſam ſepelire extra ſpelũcam duplicē: q̃ erã in itinere cũ magna familia quã nõ poteram deſerere: ⁊ adhuc nimis diſtabam a loco ſepulture predicte.

o Eratq; vernũ tēpus. in quo pecora habent fetus in vtero: ꝓpt qđ nõ poteram iter accelerare ne morerentur.

p Et ſepeliui ibi eã iux viã. vbi trãſeunt homines cõmuniter. ⁊ edificaui ſepulcrũ: ita ꝙ tranſeuntes poterant videre ſepulturam eius: ⁊ memoriam eius ad alios deferre: ac ſi diceret ipi ioſeph debes me excuſatum habere de hꝫ ꝙ non portaui eam ad ſepulcrum maiorum quia habui legitimum impedimentum: ſed nihilominus cõſtruxi ei nobile ſepulcrũ. Sic exponunt doctores noſtri. hebrei autem aliter exponũt lꝫ ad eũdē finem: videlicet ad excuſationē iacob de hoc ꝙ rachel erat ſepulta in hebron. ⁊ ſm eos Iacob ſe nõ excuſat ꝓpter difficultatē portãdi corp⁹ Rachel ad locũ predictũ. imo ꝑ excludit iſtã cauſã dicēs. n Mortua eſt Rachel in terra chanaã. in qua terra eſt hebrõ. ⁊ iõ longitudo itineris nõ me impediuit. ⁊ maxime: q̃ ſꝫ deſcriptionē terre ſancte hebron nõ diſtat a bethleē: iuxta quã ſepulta eſt rachel niſi per ſex leucas vel circiter. o Eratq; vernũ tempus. quod ē aptum ad itinerandũ. ⁊ ideo malicia temporis ſimiliter me nõ impediuit. Quid igitur. volũtas dei ⁊ eius ordinatio. Dicũt hebrei ꝙ Iacob ſciuit ex diuina reuelatione ꝙ tēpore nabuchodonoſor deſtruenda erat hieruſalē: vt habet. iiij. Reg. xxv. c. ⁊ ꝙ Nabuzardan duceret populũ eius captiuũ in babylonē: ⁊ ꝙ tranſirēt iuxta ſepulchrũ Rachel qđ eſt ſuper viam illam: ⁊ tunc in tranſitu illorũ ipſa rachel de ſepulcro miraculoſe clamaret ad deũ querens miſericordiã eius ſuper populũ captiuatũ: vt ſcribitur Hieremie. xxxi. Vox in excelſis audita eſt. lamentatiõis ⁊ fletus ⁊ luctus Rachel' plorantis filios ſuos. ideo ſubditur. p Et ſepeliui eã iuxta viã ſm diuinã ordinationē predictam. q Videns autem. Hic ſubditur ipſius Ioſeph benedictio ſpecialis in filijs ſuis.

r Qui ſunt iſti. Hoc queſiuit Iacob: q̃ caligauerãt oculi eius. ⁊ poſtea ſubdit. ⁊ ideo licet videret eos aſtantes obſcure nõ tñ clare ⁊ diſtincte. s Adduc inquit eos ad me: q̃ ante benedictões volebat eos amplexari ⁊ deoſculari. ⁊ ſubditur. t Applicitoſq; ad ſe deoſculatus ⁊c. Et cũ tuliſſet eos Ioſeph de gremio patris ſui. vbi amplexatus ⁊ deoſculat⁹ fuerat eos. v Adorauit pronus in terram. diſponens ſe ad benedictionē. x Et poſuit Ephraim ⁊c. vultus enĩ pueroꝝ ⁊ ipſius Ioſeph erant ɔtra vultum ipſius Iacob. ⁊ ideo ille qui erat ad ſiniſtrã Ioſeph erat ad dexteram ipſius iacob: ſic enĩ poſuerat eos ioſeph: volens ꝙ manaſſes q̃ erat primogenitus eſſet ſub manu dextera iacob: tanq̃ꝫ principalis in illa benedictione: ſed pater fecit cõtrariũ ex cauſa que exprimitur infra. y Benedixitq; ioſeph filio ſuo. quia ꝓpter eũ benedicebat pueris ei⁹. ſequitur

z Et inuocetur ſup eos nomen meum. quia vocati ſunt filij adoptiui Iacob: ⁊ facti ſũt capita diuerſũ tribuũ ſicut alij filij iacob. ſequitur.

a Non ita cõuenit pater. hoc dixit ioſeph quia euētus pueroꝝ non erat reuelatus ſibi: ſicut ⁊ patri: licet enĩ ioſeph haberet ſpiritum ꝓphetie: vt habitũ eſt ſupra. xl. ca. ⁊ xli. tamē bene reuelatur aliquãdo aliquid vni prophete: qđ celatur alteri ſicut patet in multis locis ve. ⁊ noui teſtamenti.

b Scio fili mi ſcio. ſ. ꝙ eſt primogenitus.

c Sed ⁊ frater eius iunior. al's minor maior erit illo in numeroſitate ⁊ dignitate: q̃ Ioſue qui fuit dux populi poſt Moyſen ⁊ fecit tot mirabilia. ⁊ Hieroboam q̃ fuit primus rex iſrael poſtq̃ꝫ diuiſum fuit regnum iſrl' a regno iuda fuerũt đ tribu ephrai.

d Conſtituitq; ephraim ante manaſſen. in oblatione primitiaꝝ ⁊ in ſituatione tabernaculoꝝ: ⁊ motione eoꝝ ⁊ dignitatibus alijs.

e Et ait. Hic deſcribitur premiatio Ioſeph ſpecialis cũ dicitur. f Do tibi partem vnã ⁊c. Ac ſi diceret. tu me ⁊ fratres tuos tempore famis ſatiaſti: ⁊ me deferendũ ad ſepulcrũ patrũ meorũ promiſiſti. ⁊ ideo terrã ſychem ſpeciali munere do tibi. g Quã tuli de manu amorrei. i. ipſi⁹ emor qui fuit đ genere amorreoꝝ. h In gladio ⁊ arcu meo. i. iure belli. Dicũt hebrei ꝙ depopulata vrbe ſychē per filios iacob: populi q̃ erãt in circuitu cõgregauerũt ſe vt irruerent ſuper iacob ⁊ filios eius. ſed ipſe armauit ſe ⁊ familiam ſuã ad reſiſtendum eis cõfidens de diuino adiutorio: ſicut ſibi ꝓmiſſum fuerat a dño. vnde ⁊ timor dei. id eſt a deo immiſſus cecidit ſuper illos ⁊ nõ ſũt auſi inuadere eũ: vt habitũ eſt ſupra. xxxv. ca. ⁊ ideo locũ iſtum obtinuit iure belli: tum q̃ dñs dederat ſibi illam terrã. tum q̃ ꝓpter violationē dine digni erant eã perdere ſychimite. ⁊ ideo quãdo iacob fuit in poſſeſſione: videtur ꝙ licite potuit eã vt ſuam retinere: vnam etiã partem emerat: vt habetur. xxxiij. ca. ſed de illa quia modica erat non facit hic mentionē. ex tũc autem locus ille fuit ipſius iacob. ꝓpter qđ dictũ eſt. ſ. xxxvij. c. ꝙ filij iacob oēs preter ioſeph ⁊ beniamin paſcebant oues in ſychimis: ⁊ ꝙ Iacob miſit ipm̃ Ioſeph illuc ad ſciendũ ſtatũ eoꝝ. Ex quo patet ꝙ ibi morabãtur ad tempus. ⁊ ideo veriſimile eſt ꝙ haberent ibi domos ad habitandũ: ⁊ caulas ꝓ pecoribus tanq̃ꝫ in loco qđ erat patris ipſoꝝ.

In capi. xlviij. vbi dicitur in poſtilla. Eratq; vernũ tempus.

Additio.

i In hebreo autē nõ habetur hic aliqua dictio ſignificãs vernum nec tēpus: ſed eſt ibi dictio ſignificãs menſurã paruã terre. ⁊ ē ſenſus ꝙ mortua eſſet rachel in itinere in loco a q̃ reſtabat modicũ ſpaciũ itineris vſq; ad bethleē: ſed tamen ſepeliuit eam in via ratione qua declaratur in poſtilla.

In eo. ca. xlviij. vbi đ in poſtilla. Dicũt enĩ hebrei ⁊c. Additio. ij.

b Ex expoſitio hebreoꝝ ē falſa. nõ. n. hoc qđ legitur Hiere. xxxi Vox in excelſis audita eſt. referendũ ē ad tp̃s captiuitat filiorũ. iſrl' tp̃e nabuchodonoſor. ſed potius ille clamor ſeu vlulatus

Universidad de Salamanca. BGH

rachel referēdus eſt ad occiſionē innocentū factā per herodē: vt euangeli
ſta declarat Math.ij.,put in ca. allegato Hieremie dn̄o cōcedente plene
Replica correctorij ꝯ Burgen̄. oſtendetur.
i In capi.xlviij Burg.dicit.in hebreo nō hr̄ dictio ſignificās ver
nū neq̄ tp̄s ⁊c.ita ⁊ poſtill'.i tractatu ſuo ꝯ dn̄a trāſlatiōis nr̄e
⁊ hebraice veritatꝭ ibi ex/ponit vt hic Burgē.in p/poſito aūt ſe noſtre trāſla tioni coaptat: vt ſatiſfaci/at vic vtriq̄. Ca.xlix.
v Ocauit aūt ia/cob ⁊c.Hic cō ſequēter deſcri biꝭ benedictio filioꝝ Ja/cob generaliter. ⁊ primo inſtruit eos de ſtatu vite mortalis. ſcd̄o eos erigit ad ſpē vite immortalis ibi. Et benedixit eis. Circa primū p̄mittiꝭ prefatio in qua reddit eos attētoſ dicēs. b Cōgregamini vt ⁊c.q̄ſ.n.attēt' ē ad au/dicēdū futura maxie circa ſe ⁊ poſteros ſuos. c In dieb' nouiſſimis.i. poſtq̄ filij vr̄i reuerſi fuerit ad terrā ꝓmiſſiōis. dixit ēt. In nouiſſimis.q: aliqua dixit eis tūc de aduētu chriſti cu' tp̄a dicūtur nouiſſima: ſc̄m ꝙ di/cit Joh.i.canonica.ij.ca. Nouiſſima hora ē: q: tp̄i ipſi' chriſti nō ē aliud tp̄s ſucceſſuꝝ: ſc̄m ꝙ dr̄ Apoc.x. Jurauit ꝑ viuentē in ſcl'a ſcl'oꝝ. q: tēpus ampli' nō erit: ſicut tp̄s noue legis ſucceſſit tp̄i veteris. ſcd̄o reddit eos do ciles dicēs. d Audite filij iacob. q: filij debent eſſe ſubiecti diſcipline. Tercio reddit eos beniuolos dicēs. e Audite iſrael patrem veſtrum. i.eum qui tota mente deſiderat bonum veſtrum.
f Ruben. Hic cōſequēter poniꝭ ꝓſecutio benedictiōis ꝑ ſingulos filios: incipiēdo a filijs lye. ⁊ patēt partes ſc̄m numerū filioꝝ. ⁊ p̄mo incipit a ru ben q̄ erat p̄mogenit' dicēs. g Tu fortitudo mea. ac ſi dicat: q: tu es p̄mogenitus. fortitudo mea: q̄tū ad bonū virtutis ⁊ grē deberet relucere in te: ſed ecōtrario factū ē: q: tu es. h Principiū doloris mei. q.d. licet multos dolores ⁊ labores ſenſerī aliūde: tn̄ parui fuerunt reſpectiue: ⁊ q̄ ꝓ nihilo eos reputaui in ꝯpatiōe ad illū dolorē quē cōcepi de enormitate ſceleris tui qd̄ exponiꝭ poſtea. i Prior in donis. ſ. deberes ēē rōne pri/mogeniture: rōne cui' debebaꝭ tibi duplex portio in hereditate: ac bonis paternis reſpectu fratꝝ tuoꝝ. Maior impio. q: debebaꝭ tibi regnū mihi ꝓmiſſum: vt habitū ē. s̄. xxxv.ca. ⁊ ſacerdotiū: qd̄ ante legē datā erat p̄mo geniture annexū: vt. s̄. dictū ē.xxvij.ca. k Effuſus es ſicut aqua. aqua eñ de vaſe ꝑfecti' effundiꝭ q̄ alij liquores: q: de oleo effuſo remanet in vaſe pinguedo ⁊ humor: ⁊ de vino effuſo ſapor: ſed effuſa aqua de vaſe cito vas deſiccaꝭ: ⁊ nō remanet aliqd̄ aque veſtigiū: ⁊ ꝑ hoc dat intellige re ꝙ ruben p̄dicta bona totaliter perdiderat: q: p̄mogenitura q̄tū ad du plicē portionē trāſlata erat ad ioſeph. vt dictū eſt. s̄.c.p̄cedēti. ⁊ regia di/gnitas ad iudā vt expſſe hr̄.i.paral'.v.ca. ⁊ ſacerdotiū ad leui. l Non creſcas. In hebreo hr̄. nō excedes. ac ſi diceret: ſufficiat tibi ꝙ tu ſis ſicut vnus de alijs fratrib' minorib' abſq̄ dignitatib' ⁊ p̄uilegijs p̄dictꝭ: cui' cā ſubdiꝭ: cū dr̄. m Quia aſcēdiſti ad cubile p̄ris tui ⁊c. qd̄ fuit quādo dormiuit cū bala vxore p̄ris: vt dictū ē. s̄. xxxv.ca. Ex his que dicūꝭ h̄ vr̄ eē falſum dictū hebreoꝝ q̄ dicūt ſup locū p̄dictū: ꝓut fuit ibi allegatuꝫ ꝙ ruben nō cōcubuit cū bala: ſꝫ ſolū amouit lectū ei' de camera lye m̄ris ſue: q: hoc nō eēt tā malū vt p̄ma facie videꝭ ꝙ ꝓpter hoc debuiſſet p̄uari tot bonis ⁊ dignitatib' p̄dictis. n Symeon ⁊ leui fr̄es. lꝫ eñ eēnt eis alij fratres ex p̄te patris ⁊ matris: tn̄ hic vocat eos fratres ſpāliter: q: fue/rūt cōiūcti mente ⁊ ope in ſequēntib' malis. o Vaſa iniq̄tatis bellātia. hoc exponūt cōiter doctores nr̄i de interfectiōe ppl'i ſychem in dolo cū ſy chimite recepiſſent circūciſionē in ſignū federis ⁊ amicitie cū iacob ⁊ filijſ ei': vt. s̄. dictū ē. xxxiiij.ca. p In cōſiliū eoꝝ. qd̄ tractauerūt occulte de predicta occiſiōe. q Non veniat aīa mea. i. nō approbo ſed deteſtor.
r Et in cetu eoꝝ. q: aggregauerūt ſibi aliud cōſortiū: vt ꝑficerēt cōſilium ſuū. s Nō ſit gloria mea. i. de hoc nō glorior: ſꝫ magis cōfundor. Sꝫ ꝯ hoc vr̄ ꝙ iacob dixit in fine p̄cedētis capituli gloriādo de acq̄ſitiōe ſy/chē. Do tibi partē vnā extra fr̄es tuos: quā tuli de manu amorrei in gla/dio ⁊ arcu meo. Ad qd̄ dicēdū ꝙ iacob hoc dicēdo nō gloriabaꝭ de occi ſione ſychimitaꝝ ꝑ ſymeon ⁊ leui. ſꝫ magis de hoc ꝙ hoīes illi' terre con gregati adinuicē voluerūt irruere ſup iacob ⁊ filios ei': ⁊ iacob cōfidens de dei adiutorio parauit ſe ad reſiſtēdū: ⁊ terruit de' ei' aduerſarios ⁊ retro

Ocauit[a] aūt iacob fi/lios ſuos ⁊ ait eiſ. Cō gregamini[b] ut annūci em que uentura ſūt uobis in[c] die bus nouiſſimis. Cōgregamini et[d] audite filij iacob audite[e] iſra/el patrē ueſtrū. Ruben[f] primo/genit' me'. Tu[g] fortitudo mea et principiū[h] doloris mei prior[i] i donis. maior i iperio. Effuſus[k] es ſicut aqua. Nō[l] creſcas: q:[m] aſcēdiſti cubile p̄ris tui: ⁊ macu/laſti ſtratū ei'. Symeon[n] et leui fratres uaſa[o] iniquitatis bellan/tia. In[p] cōſiliū eoꝝ nō[q] ueniat aīa mea: et[r] in cetu illoꝝ nō[s] ſit glia mea. q:[t] in furore ſuo occiderunt uirū et[u] in uoluntate ſua ſuffode runt murū. Maledictus furor eoꝝ: quia ꝑtinax: ⁊ indignatio eoꝝ q: dura. Diuidam[x] eos in Jacob: ⁊ diſpergam eos in iſrl'.

ceſſerūt: vt dictū ē ca. p̄cedenti. t Quia in furore ſuo occiderunt viꝝ.i. viros ſychē. ⁊ exponiꝭ ibi ſingulare ꝓ plurali: ſicut Exo.viij ca. Venit muſca grauiſſima. i. multitudo muſcaꝝ. v Et in volū tate ⁊c. q: libēter ſubuertiſſent muros ciuitatis ſychē: ſꝫ nō poterāt q: ad hoc reqrebaꝭ tract' tp̄is: ⁊ maior multitudo plebis q̄ habu erunt.
x Diuidā eos in iacob ⁊c. hoc de/nūciaꝭ futuꝝ i pe/nā p̄dictoꝝ. vn̄ ⁊ trib' leui nō acce/pit p̄tē in diuiſiōe terre ſicut alij fr̄es ſed ſolū loca ad habitandū: ⁊ tri/bus ſymeō q̄ſi ad vnā partē rece pta ē in ſorte iude Hebrei aūt aliter exponūt p̄tē iſtā: ſꝫ in hoc diuidūꝭ q: aliq̄ exponūt totam litterā p̄ce/cedentem de malicia Symeon ⁊ leui contra Joſeph. Dicūt eñ ꝙ iſti duo primo machinati ſunt in mortē ioſeph: qd̄ ſic declarāt: q: ruben nō videbaꝭ ad hoc machinat' fuiſſe: q: nitebaꝭ eū libera re de manib' alioꝝ: ⁊ reddere patri ſuo: vt hr̄. xxxvij.ca. Similiter nec iudas: q: ne Joſeph moreretur in fouea: ſuaſit fratrib' vt eū vē derēt di. Caro eñ nr̄a ⁊ frat̄ noſter ē. ſil'r nec quatuor filij ancillaꝝ ſ. dan. Neptalim. Gad. ⁊ aſer. q: cū iſti deſpicerēꝭ ab alijs ⁊ repu tarētur quaſi ſerui Joſeph erat cū eis ad eoꝝ cōſolationē: ſꝫ ꝙ dr̄ ibidē. Et erat cū filijs bale ⁊ zelphe. Sil'r nec yſachar ⁊ zabulon qui erāt filij lye ceteris iuniores: ⁊ iō nō ē veriſil'e ꝙ ipſi aſſumpſiſ/ſent principaliter tale negociū: ſed fuerūt inducti ꝑ fr̄es ſuos vteri nos. ſ. Symeon ⁊ leui: qui erāt ſeniores eis. ⁊ ꝯn̄r alij fr̄es ꝯſenſe rūt. His ſuppoſitis exponūt lr̄aꝫ ſic. Symeon ⁊ leui fr̄es. i. in ma/lo cōcordes pre ceteris. Vaſa iniquitatis bellātia: q: fratrē inno/centē occidere voluerūt. In cōſiliū eoꝝ: qd̄ inter ſe tractauerāt pri/mo occulte. Et in cetu illoꝝ. q: alios ad hoc induxerūt ⁊ cōgrega/uerūt. Quia in furore ſuo occiderūt viꝝ. i. Joſeph q̄ lꝫ eēt iuuēis etate. erat tn̄ vir morib' ⁊ ſapiā: occiderūt aūt eū quātū in ipis fu/it. Et in voluntate ſua ſubneruauerūt thauꝝ. Hec ē lr̄a hebraica. ⁊ vocaꝭ hic thaur' ipſe ioſeph ſicut etiā de eo dr̄ Deut. xxxiij.c. Qua ſi primogeniti thauri pulcritudo ei'. libenter eñ neruos Joſeph p̄ciddiſſent. Maledict' furor eoꝝ q: pertinax: q: ad monitionē Ru/ben noluerūt reſilire a mala volūtate ſua: vt. s̄. dictū ē. xxxvij.c. pro pter qd̄ ſubdiꝭ pena cū dr̄. Diuidā eos ⁊c. expōaꝭ ſicut ſupra. Sꝫ addūt hebrei de diſpſione ſymeō dicentes. Nō eſt paup ſcriptor nec pedagogus niſi de ſymeon hoc eſt dictū: ꝙ illi de tribu ſyme/on diſcurrebant ꝑ ſortes alioꝝ ad querēdū victū ſcribēdo vel pue ros docēdo: ſicut clerici pauperes faciūt apud chriſtianos. Aliter etiā exponūt aliqui hebrei paſſum iſtū: partim de viris ſychē: ⁊ p̄ti de Joſeph dicētes ſic. Symeon ⁊ leui fratres. exponēdo ſicut di ctū ē in alia expoſitiōe hebreoꝝ vſq̄ ibi. Quia in furore ſuo occi/derūt viꝝ. i. viros ſychē: accipiendo ſingulare ꝓ plurali. Et in vo/lūtate ſua ſubneruauerūt thauꝝ. i. ioſeph rōne p̄dicta. maledict' fu ror eoꝝ ⁊c. hoc dicit ꝓpter occiſionē viroꝝ ſychem: q: lꝫ nō fecerit dolū vel iniuſticiā ſc̄m opinionē hebreoꝝ: vt dictū eſt. s̄. xxxiiij.c. tn̄ nimis rigide ꝓceſſerāt: ⁊ iō nō dr̄ hic. Maledicta iniq̄tas eoꝝ vel iniuſticia: ſꝫ furor ꝓpter violationē ſororis ſue Dine. Et indigna tio eoꝝ. q: dura. hoc dicit q: īdignati fuerūt nimis dure ꝯ ioſeph ꝓpter viſiones ſuas p̄cedētes ei' dn̄ium ſup fr̄es: ⁊ q: a patre pl' amabaꝭ: vt dictū ē. s̄. xxxvij.c. cetera vt prius. y Juda te lauda bunt fr̄es tui. Judas interp̄taꝭ cōfitens ſiue laudās: ⁊ iō volēs bo na dicere de eo incipit ab interpretatiōe ſui noīs dicens. Juda: q̄ diceret: bn̄ noīatus es: q: te laudabunt fr̄es tui: tū q: trib' iuda in exitu iſrl' de egypto p̄ma poſt Moyſen intrauit mare rubrū mira/culoſe diuiſum: alijs timētib' ibi ſequi Moyſen. vt dr̄ in Exo. tūꝫ q: poſt mortē ioſue p̄ncipalis fuit ad expugnādū inimicos filioꝝ iſrl' q̄ remāſerūt in terra ꝓmiſſiōis: ſc̄m ꝙ dr̄ in p̄n. libri iudicū. Ju/das aſcēdit. ſ. p̄mus ꝯ aduerſarios: ⁊ ex his meruit trib' iuda lau dē p̄ce ceteris ⁊ regiā dignitatē. z Man' ⁊c. hoc impletum eſt



in dauid primo rege tribus iuda: qui inimicos iſrl' ꝑ magna par/te interfecit: ⁊ alios tributo ſubiecit: cuius ꝓceſſum deſcribit dicēs
a Catulus leonis iuda. ⁊ dicit catul' leonis: q: cū dauid eſſet mi nimus inter fratres ſuos: tn̄ cōſtanter iuit ad pugnādū ꝯ Goliaꝫ gigantem: ⁊ extunc fuit poſitus ſuper viros belli per ſaulem regē vt habetur.i. Re/gum.xviij.c. ⁊ ide mortuo ſaule con ſtitutus eſt rex: vt habetur.ij.re.v.c. vbi dicitur. Cum eſſꝫ rex Saul ſup nos: tu eras edu/cens ⁊ reducens iſrael. Et ſequitur ibidem. Vnxerūt q̄ dauid in regeꝫ ⁊ extunc debella/uit potēter aduer ſarios iſrael: pro/pter qd̄ ſubdiꝭ.
b Ad predā fili mi aſcendiſti. ⁊ in tantum preualuit aduerſarijs ꝙ cir ca finem regni ſui nullus audebat inſurgere contra eū: nec eius re/gnum perturbare: vt patet li. Reg.ij. ⁊ in principio tercij. iō ſubdiꝭ
c Requieſcens accubuiſti vt leo. quē alie beſtie non audēt inuade re: ⁊ q: de' ꝓmiſit ei regnū ⁊ filijs ei' in ſempiternū: vt hr̄.ij. Reg. vij.ca. iō ſubdiꝭ. d Quis ſuſcitabit eū auferēdo ſibi dignitatē regiā. q.d. nullus. vn̄ ſubdiꝭ. e Nō auferet ſceptꝝ de iuda. i. di gnitas regia. f Et dux de femore ei'. q: deficiente regno inter/fecto rege ſedechia in captiuitate babylonica extūc gubernat' fu/it ppl's iudeoꝝ ꝑ illos q̄ erāt de tribu iuda: q: in reditu dicte capti uitatis zorobabel fuit dux eoꝝ: vt hr̄ zach.iiij.ca. ⁊ agg̃.ij.ca. Et poſtea ſacerdotes gubernauerūt ppl'm: vt pꝫ tp̄e machabeoꝝ qui etiā erāt de tribu iuda: q: tribus ſacerdotalis ⁊ tribus regia erant cōmixte: vt pꝫ.iiij. Reg.xi.c. vbi dr̄ ꝙ ioſabeth ſoror ochoſie regis iuda tulit Joas. ⁊ erat cum ea ſex annis in domo dn̄i: q: ipſa erat vxor Joiade pōtificis. Et iſtoꝝ regimē durauit vſq̄ ad tp̄s hero dis qui fuit alienigena. ſ. de genere ydumeoꝝ: ⁊ ipſo regnāte nat' eſt chriſt': vt hr̄ Math.ij. cui' regnū durabit in ſecula ſcl'oꝝ amē. ⁊ iō ſubdiꝭ. g Donec veniat q̄ mittēd' eſt. i. chriſt' q̄ miſſus eſt a deo p̄re ꝓ ſalute generis humani. h Et ipſe erit expectatio gē tiū. ſc̄m ꝙ dr̄ Agg.ij.ca. Ecce veniet deſiderat' cūctis gentib' ⁊c. In hebreo aūt hr̄ ſic. Et erit ei aggregatio gentiū. ⁊ hoc īpletū ē in regno chriſti: q: poſt reſurrectionē ⁊ aſcenſionē chriſti ad celos ap'lis p̄dicātib' fidē chriſti iudei ꝓ maiori parte remāſerūt obſtia ti in infidelitate ſua: ⁊ gētes cū magna deuotiōe fidē chriſti recepe rūt: ⁊ ſic chriſto aggregate ſunt gētes: ꝑꝑ qd̄ ap'li dixerunt iudeis vt hr̄ act.xiij.c. Vobis oportebat p̄mū loqui v̄bū dei. ſꝫ q̄m repu liſtis illud: ⁊ indignos vos iudicaſtis eterne vite: ecce cōuertimur ad gētes: ſic eñ p̄cepit nobis de'. Sed hāc ꝓphetiā que ſatis cla re expoſita eſt de chriſto: iudei multipl'r nitūtur ſubuertere. Ad cu/ius intellectū cōſiderādū ꝙ in hebreo hr̄: donec veniat ſilo. hec au tē dictio hebraica ſilo: ē ꝓpriū nomē loci. ſignificat ēt in alio ſenſu miſſionē: ⁊ ſic ē nomē cōe: ꝓut igiꝭ ē nomē loci accipiūt eā hic aliq̄ iudei dicētes: ꝙ hec ꝓphetia īpleta ē q̄n Saul q̄ erat de tribu ben iamin: vt hr̄.i. Reg.ix.c. fuit elect' in regē: ⁊ inūctus fuit in ſilo: vbi erat tabernaculū dn̄i ⁊ archa: ⁊ ꝑ ꝯn̄s vnctio vnde reges debebā tur inungi: ⁊ ſic ſceptꝝ qd̄ accipiꝭ ꝓ quodā dn̄io ⁊ primatu qd̄ fue rat in tribu iuda vſq̄ tūc fuit trāſlatū ad tribū beniamin: ſꝫ hoc di ctū manifeſte ꝯriaꝭ textui: q: an̄ electionē Saul': archa dei iaꝫ erat amota de ſilo: ⁊ erat ī chariathiariꝫ: vt hr̄.i. Re.vij.c. Itēp' Saul imediate: imo ip̄o adhuc viuēte ⁊ regnāte fuit Dauid inunctus ꝑ Samuelē: q̄ dauid fuit prim' rex de tribu Juda: ⁊ extūc reges de illa tribu ſucceſſerūt. Qd̄ aūt ſceptrū dicaꝭ auferri de tribu Juda. iō q: tūc incepit eē in ꝓpinqua diſpoſitiōe ad gradū ꝑfectū: nō eſt veriſil'e: iō alij dicūt ꝙ iſta ꝓphetia īpleta fuit in electiōe Hierobo am in regē q̄ erat de tribu ephraim: q: decē tribus ablate ſunt a re/gno iuda: ⁊ adheſerūt hieroboā: q̄n Roboam die cōſtituto dedit populo durā rn̄ſionē. ⁊ ſic exponūt donec veniat ſilo. i. donec ve/niat hieroboā in tali loco coronād' q̄ dr̄ ſilo. ſꝫ iſta expō oſtēditur falſa ꝑ textū: q: cōgregatio illa nō fuit i ſilo. ſꝫ in ſychē: vt hr̄.iij. Re.xij.c. Itē nō fuit ablatū regnū a domo iuda tūc: ſed ſtetit vſq̄ ad captiuitatē babylo/nicā ꝑ ſucceſſionē hereditariā: ⁊ illi ſoli tūc dicebāꝭ ꝓprie reges: q: inſti/tuebāꝭ ꝑ inunctionē: quia templum ⁊ archa dn̄i ⁊ illa que ad inunctioneꝫ requirebantur in hieruſa/lē remanſerant: que erat metropolis ī regno iuda ꝓpter qd̄ alij iudei accipi entes hoc nomen ſilo pro ut ſignificat miſſioneꝫ di/cunt ꝙ dicta ꝓphetia im pleta eſt tempore Nabu/cho. quando venit contra hieruſalem ⁊ occidit Se dechiam regem. ⁊ ſic de/fecit regnum iuda. ⁊ ideo exponunt litteram predi/ctam ſic. Non auferet ſce/ptrum de iuda: donec ve/niat qui mittendus eſt. i. Nabucho. qui ꝓpter pec cata populi iudaici miſ/ſus fuit a deo ad deſtruē dam terram: ⁊ ad auferē/dum regem. Et erit ei aggregatio gentium. ſ. ipſi Nabuchodo. quia ꝓpt̄ dilatationē ſui imperij aggregate ſunt gentes ſub eius dominio. Sꝫ iſta expoſitio ⁊ precedētes ⁊ cōſil'es ſi fiant deſtruunꝭ per trāſlationē chaldai cam: quā iudei vocāt thargū: que ē ita autentica apud iudeos: vt null' do ctor eoꝝ auſus fuerit ei cōtradicere: imo q̄n vet' expoſitio hebraica eſt ob ſcura recurrūt ad illā ꝓ explanatiōe. In illa aūt ſic hr̄. Nō auferet ſceptrū de iuda ⁊c. donec veniat meſſias. Nabuchodo. aūt nec aliq̄s p̄dictoꝝ vo catus ē meſſias in ſcriptura: ſed ſolū chriſt' q̄ ꝓmiſſus erat in lege ⁊ in ꝓ/phetis: ⁊ ex hoc pꝫ clari' veritas noſtre catholice expoſitiōis predicte.
i Ligās ad vineā ⁊c. Aliqui doctores catholici iſtā lr̄am ꝯn̄r exponūt de cōiunctiōe iudeoꝝ qui deſignātur ꝑ aſinā: ⁊ gentiū qui deſignāꝭ ꝑ pul lū in fide chriſti q̄ fecit vtraq̄ vnū: ⁊ qui ſe vocat vitē Jo.xv. Ego ſum vi tis vera. ⁊ ſubdiꝭ. k Lauabit in vino ſtolā ſuā. exponūt de chriſti paſ ſione: ſed iſta expoſitio ſaluo meliori iudicio videꝭ mihi magis myſtica q̄ litteralis: ⁊ iō aliter pōt dici: ꝙ poſtq̄ Jacob predixerat dignitateꝫ re/giā futurā in tribu Juda cepit p̄dicere cōditionē terre quā in ſortem debe bat accipere: que fuit valde fertilis ī vino ⁊ lacte ⁊ hoc ē qd̄ dr̄. Ligās ad vineā pullū ſuū. ⁊ ad vitem aſinā ſuā. ꝑ hoc deſignās ꝙ ī vno ſtipite vi/tis poſſet de vuis onerari vna aſina vel pullus. vnde in hebreo hr̄. Et ad palmitē filiū aſini ſui. ⁊ id ſignificat qd̄ ſubdiꝭ. Lauabit ī vino ſtolā ſuā ac ſi dicaꝭ. tāta abūdantia vini erit tibi: ꝙ poſſent inde lauare pannos. ⁊ eſt locutio hyꝑbolica: ſicut etiā apud nos dr̄ ad deſignādū magnā abun dantiā vini tp̄e fertilitatis: ꝙ ſatis eſt d̄ vino ad lotionē pedū. Et ad idē facit qd̄ ſubdiꝭ. l Pulcriores oculi ei' vino. In hebreo ſic habeꝭ. Ru bicūdiores vino oculi ei'. q: potatio vini abūdans. ⁊ maxime q̄n vinū ē bonū: apparet in oculis ſcintillātib' citi' q̄ in alijs ꝑtib'. m Et dētes ei' lacte cādidiores. ꝑ hoc deſignaꝭ abūdātia lactis futura in ſorte iude: q: albedo lactis apparet in dentib' comedētiū ip̄m. n Zabulon. h̄ pre dicit Jacob ſitū ſortis ipſi' zabulō cū dicit. o In litore maris. q: ſors ſua in vna parte fuit ſup mare mediterraneū. p Et in ſtatione nauiū. q: in ſorte illa fuerūt aliqui port' maris in q̄b' naues ſtabāt. q Perti gens vſq̄ ad ſidonē. nomē eſt ciuitatis in qua habitauerūt gentiles.
r Iſachar aſinus fortis. Hic p̄dicit ſtatū futuꝝ ipſi' Jſachar ⁊ exponūt aliq̄ catholici ⁊ hebrei dicētes ꝙ trib' Jſachar pre ceteris tribub' fuit in tenta ſtudio legis: ⁊ hoc ē qd̄ dr̄. s Vidit requiē. ſ. cōtēplationis ⁊ ſtu/dij in lege. t Et ſuppoſuit humerū ad portādū. ſ. pōdus ⁊ laborē ſtu/dij. v Factuſq̄ ē tributis ſeruiēs. i. ꝑ tributis. dicūt eñ ꝙ ad hoc vt li ben' poſſent vacare ſtudio: alie trib' faciebāt eis recōpenſationē: ſicut ⁊ d̄ ſacerdotib' egypti. s̄. dictū ē. xlvij.ca. Sꝫ hec expoſitio videꝭ mihi extra/nea: tū q: ꝙ rōne ſtudij voceꝭ aſin' qd̄ eſt aīal valde ſtolidū ⁊ rude: videꝭ ex̄neū. tū q: n̄ repeniꝭ in ſcriptura ꝙ de Jſachar fuerint hoīes excellētes in ſciā ſup alios: ſed mag̃ de tribu Leui. vn̄ ⁊ Deut. xvij. p̄cipiꝭ ꝙ ſi inter iudices cuiuſcūq̄ ciuitatis aliq̄d difficile emerſerit in quo dubitent: veni ant ad ſacerdotes leuitici generis ⁊ eoꝝ teneāt ſn̄iaꝫ. tū q: dicta expoſitio nō bn̄ cōtinuat lr̄aꝫ: vt videꝭ. ⁊ iō aliter pōt dici ꝙ iacob p̄dixit ꝯditionē tribus Jſachar q̄tū ad ppl'm ⁊ terre ſitū dicēs. Jſachar aſin' fortis. q̄a hoīes illi' trib' erāt fortes ad ſuſtinēdū laborē corꝑis. vn̄ ⁊ in hebreo hr̄

Juda[y] te laudabunt fratres tui. Manus[z] tue in ceruicibus inimi coꝝ tuoꝝ: adorabunt te filij pa tris tui. Catulus[a] leonis iuda. Ad[b] predam fili mi aſcendiſti: requieſcens[c] accubuiſti ut leo: ⁊ quaſi leena. Quis[d] ſuſcitabit eū. Non[e] auferetur ſceptrum de iu da: et[f] dux d̄ femore eius: donec[g] ueniat qui mittendus eſt: et[h] ipe erit expectatio gentiū. Ligās[i] ad uineam pullum ſuum: ⁊ ad uitem o fili mi aſinam ſuam. La uabit[k] in uino ſtolā ſuam: in ſan guine uue pallium ſuum. Pul criores[l] ſunt oculi eius uino[m] et dentes eius lacte candidiores. Zabulon in[o] litore maris ha bitabit et[p] in ſtatione nauium p/tingens[q] vſq̄ ad ſidonem. Iſa char[r] aſinus fortis accubans in/ter terminos. Vidit[s] requiē ꝙ eēt bōa: ⁊ terrā ꝙ optia: et[t] ſup/poſuit hūerū ſuū ad portādū[u] ſa

Univerſidad de Salamanca. BGH

Aſinus oſſeus accubās.i. habitās inter terminos: qꝛ ex vna pte ſors ſua terminabaꝭ ad mare mediterraneū ⁊ ex alia ad iordanē fluuiū: vbi ē mare galilee.i. lacus magnus per quē tranſit iordanis fluuiꝰ. Uidit requiē ꝙ eſſet bōa. Uiſum eñi fuit eis: ꝙ melius erat ſtare in terra ſua q̄ diſcurrere ꝑ mercatiōibus ad terras longinquas aut mare nauigare: cuiꝰ cā ſubditur. Et terrā ꝙ eēt optima. terra enim ſue ſortis cum paruo labore reſpectiue ad alias poterat mltū fructū afferre. ideo magis volebant ibi quieſcere q̄ ad loca diſtātia pro mercimonijs diſcurrere ꝑ terrā vel per mare. Et ſuppoſuit humerum ſuuꝫ ad portandū laborē in cultura terre ſue. Factuſqꝫ ē tributis ſeruiens.i. illis qui querebāt terrenaſcētia ad ſoluendū tributa regibuſ qꝛ in ſorte illa creſcebāt in abundantia: ⁊ de leui poterāt inde ferri ad loca remota per mare: qđ ē coīūctum illi terre. In hebreo habetur. Et factus eſt cēſu ſeruiens. qđ poteſt ſic exponi: quia erant agricole: vt viſum eſt. ⁊ ideo nō habebant aliud facere cū alijs niſi reddere cenſum debituꝫ ipſi regi: ⁊ decimas ipſis ſacerdotibus: que annuatim reddebātur eis per modū cenſus. x Dan iudicabit populū ſuū. In heb. habetur vindicabit: ⁊ exponiꝭ de ſanſone qui fuit de tribu dan: vt habetur Judic.xiij.ca. ⁊ ipſe iudicauit iſrl'.xx. annis: vt hꝛ iudicū.xvi.c. Ipſe etiā vindicauit filios iſrl' de philiſteis quoꝝ multos interfecit: vt hꝛ ibidē. vñ ſubdiꝭ. y Fiat dan colu. in via ⁊c. qꝛ in diebus eiꝰ philiſtei nō audebāt venire ſup iſrl' per vias ⁊ ſemitas quas cuſtodiebat. z Mordēs vngu. equi ⁊c. ſicut eñi mordēs equi vngulā facit cadere equitē abſqꝫ eo ꝙ tangat eū: ſic ſanſon amplexatꝰ eſt colūnas: ⁊ fecit cadere domū ſup philiſteos: ⁊ ſic plures interfecit moriēs q̄ añ viuus occiderat: ſicut ibidē đꝛ. a Salutare tuum expectabo dñe. ac ſi dicat q̄ſuis futurꝰ ſit talis ac tantꝰ nō tñ erit meſſias: ſed erit adhuc expectādus. b Gad accinctꝰ ⁊c. hoc impletū fuit qñ filij gad accepta ſorte citra iordanē trāſierūt armati añ filios iſrl': q̄ adhuc terrā nō acceperāt: quouſqꝫ eēt eis hereditas acquiſita: ſicut hꝛ in li. ioſue.
c Et ipſe accingeꝭ retrorſum. qꝛ redierūt ad ſortē ſuā in eodē numero q̄a nullus de eis cecidit in prelio. d Aſer pinguis panis eiꝰ. per hoc deſignaꝭ fertilitas ſortis Aſer in victualibꝰ: qꝛ noīe panis oīs cibus deſignatur: vt.ſ. dictū ē.xiij.ca. e Et ꝑbebit delicias regibꝰ. qꝛ in ſorte ſua creſcebāt aliqua rara ⁊ ꝑcioſa: ⁊ iō ꝓ delicijs regibꝰ ꝑbebātur. f Neptalim ceruus emiſſus. ꝑ hoc deſignaꝭ ꝙ in ſorte ſua terrenaſcentia ꝑus creſcebāt ⁊ matureſcebāt q̄ i alijs ſortibꝰ: ſicꝰ ceruꝰ uelocior ē ad currēdū alijſ aīalibꝰ g Dās eloq̄a pulcritudis. ꝓpꝫ hꝰ eñi ꝙ terrenaſcētia ibi ꝑus matureſcebāt inde fiebāt oblanōes ꝑmitiuoꝝ: vñ ſacerdotes ⁊ leuite pulcraſ laudes deo reddebāt. Aliter exponūt aliqui hebrei dicētes: ꝙ iacob hꝰ ꝓphetauit de bello ꝯ ſizarā in quo barach accepit ſecū.x. milia de filijs Neptalim qui iuerūt ꝓmpte ⁊ expedite quaſi ceruꝰ emiſſus: ⁊ inde habita victoria delbora ⁊ barach cecinerūt canticū dño: vt hꝛ iudicū.v. iō ſubdiꝭ.
g Dās eloquia pulcritudinis.i. eloquia diuine laudis. h Filiꝰ accreſcēs ioſeph. in predicēdo ſtatū ioſeph: incipit iacob ab interpretatiōe nominis eiꝰ. Joſeph eñi interpretaꝭ accreſcēs: ſicut ſupra fecit de Juda. Et duplicaꝭ hic accreſcēs. qꝛ notabiliter pre ceteris fratribꝰ creuit in ſpūalibꝰ bonis ⁊ tꝑalibus: vt ſatis pꝫ ex dictis de eo. i Filie diſcurrerūt ſuper muꝝ. In hebreo hꝛ. Filie diſcurrerūt ꝓpter aſpectū. ⁊ in eādē redit ſniaꝫ qꝛ dñe egypti qñ audiebāt aduētū ioſeph currebāt ad feneſtras ⁊ deſup muros. vñ poſſent eū vidē trāſeūtē ꝓpꝫ eiꝰ ꝑoſitatē. k Sꝫ exaſpauerūt eū. In heb. hꝛ. Amaricauerūt eū.ſ. frēs ſui. ac ſi diceret q̄ſuis eēt ita gratioſus etiā alienis gētibus. tñ frēs ſui dure tractauerūt eū. l Et iurgati ſunt. qꝛ ſicut.ſ. dictū ē.xxxvij.ca. nō poterāt ei quicq̄ꝫ pacifice loqui.
m Inuiderūtqꝫ iſti. hoc eñi ꝓceſſit ex inuidia fratrū ꝯ ipm: vt ibi dictuꝫ eſt. n Habētes iacula.i. verba pungitiua dicētes. Ecce ſomniator venit ⁊c. vel ad lrām. n Hñtes iacula. qꝛ ſymeon ⁊ leui habuerūt iacula preparata ad iugulādū eū. vñ dicebāt: venite occidamus eū: vt hꝛ ibidē.
o Sedit in forti.i. in deo omnipotenti. p Arcꝰ eiꝰ.i. defēſio ſua: q̄a a deo ꝓtectꝰ eſt ꝯ inſidias fratrū ſuoꝝ. q Et diſſoluta ſunt ⁊c. qñ eductus fuit de fouea: ⁊ iteꝝ qñ eductꝰ fuit de carcere. r Per manꝰ ⁊c.i. per virtutē illiꝰ qui ē potentia ⁊ virtus ipſius iacob.i. per deū nō per hoīem. Hebrei dicūt hic. Et deaurata ſunt brachia manuū eiꝰ. qđ exponūt hebrei de ornamētis que erāt in brachijs ⁊ digitꝭ ioſeph.ſ. de armillꝭ ⁊ anulꝭ q̄ hūit qñ ꝯſtitutꝰ fuit ꝑpoſitꝰ terre egypti. ⁊ iſta conſecutus eſt per virtutē dei.
s Inde paſtor egreſſus eſt.i. Hieroboaꝫ qui aſcendit ad dignitateꝫ regiam que ꝑ paſtoris officiuꝫ deſignaꝭ: qm̄ habet regere populuꝫ ſibi ſubditum.
t Lapis iſrael. qꝛ fuit primus rex in regno iſrael: ꝓut diuidiꝭ contra regnum iuda: vt habetur.iij. Reg.xij. capi.
v Deus patris ⁊c. q.d. non ſolum ꝓpter meritum tuū: ſed etiam ꝓpter meritū meum: deus adiuuit te đ preterito: ⁊ adiuuabit te de futuro. x Et oīpotens benedicet te ⁊c. hoc dupliciter exponiꝭ: vno mō referēdo ad ꝑſonā ioſeph. ſolet aūt aliqua ꝑſona notabilis ꝓpter excellētiā ſue bonitatis bñdici ab hoībus dicendo ſic. ꝑmo de eo. Benedicta ſit dies in qua natus eſt. ſcđo Benedicta ſit terra in qua natꝰ eſt. tercio. Sint bñdicta vbera que ipm lactauerūt. quarto. Sit benedictus vēter q̄ euꝫ portauit. ⁊ ſm hoc exponiꝭ iſta lrā de ꝑſona ioſeph. x Omnipotens benedicet tibi.i. ꝓpter bonitatē quā dedit ⁊ dabit tibi: faciet tibi bñdici ab hoībus quatuor modis predictis. iō ſubditur.
y Bñdictionibus celi deſup. ꝑ qđ itelligiꝭ primꝰ modꝰ q̄ ē ex bñdictione diei: qꝛ dies eſt latio ſolis ſup terraꝫ: ⁊ hꝫ ꝑncipalitatē in luminaribus celi deſup. z Bñdictiōibus abyſſi ⁊c.i. terre que eſt infimū elementū: ⁊ in hoc eſt ſcđs modus. a Benedictionibus vbeꝝ. q̄tū ad terciū modū. b Et vulue. q̄tū ad quartum. Alio mō exponiꝭ q̄tū ad bōa exteriora collata ipſi ioſeph a deo ſic. Benedicet tibi oīpotens. cōferendo tibi terrenaſcentia in abundantia: ⁊ hoc deſignaꝭ cū đꝛ. benedictionibꝰ celi deſup ⁊ bñdictionibus abyſſi iacētis deorſum: qꝛ ex bona influentia celi ⁊ bōa diſpoſitiōe terre talia multiplicātur. Silr' bñdicet tibi cōferendo bona animata in multiplicādo tibi filios ⁊ pecora: ⁊ hoc deſignatur cū đꝛ. Bñdictionibꝰ vberū ⁊ vulue. qꝛ vulua deſeruit taliū generationi: ⁊ vbera nutritioni. c Benedictiōes patris tui ⁊c. iſta lrā multipliciter exponiꝭ. ponā tñ ſolū duos modos qui videntur mihi magis cōcordare lrē. Ad cuius intellectū ſciendū ꝙ vbi tranſlatio nrā ſic hꝫ. Donec veniret deſideriū colliū eternoꝝ. i hebreo nō eſt veniret. Itē vbi habeꝭ deſideriū: in hebreo habeꝭ tanat. ⁊ ē dictio hebraica hñs duplicē ſignificationē. vno eñi mō ſignificat deſideriū. ⁊ hāc ſignificationē ſequiꝭ trāſlatio noſtra. ſignificat etiam terminū vel finē: ⁊ hāc ſignificationē ſequiꝭ ra. Sal'. ⁊ alij hebraici ſaltē moderni: dicētes ꝙ hec ē lrā hebraica: vſqꝫ ad terminū colliū ſeculi: ita ꝙ vbi habemꝰ donec dicūt vſqꝫ ad. Et vbi habemꝰ eternoꝝ dicūt ſeculi: qꝛ dictio hebraica que eſt ibi.ſ. oulam: ſignificat ſeculū: ⁊ frequēter accipiꝭ ꝓ eterno in ſcriptura. Itē notandū ꝙ deus apparēs ipſi iacob iuxta luzā inter bona que ei ꝓmiſit bñdicens ei dixit. Dilataberis ad orientē ⁊ occidentē: ſeptētrionē ⁊ meridiem ⁊c. vt hꝛ.ſ.xxviij.c. Et in hoc vt dicūt hebrei ꝓmiſit ei dominiū totiꝰ mūdi: qđ expectāt implendū in meſſia: ⁊ nos dicimus ꝙ impletū ē in chriſto. hāc aūt ꝓmiſſionē nō fecit abrae nec yſaac: ſed ſolū de terra chanaā. vñ.ſ.xiij.ca. dixit dñs abrae. Leua oculos tuos ⁊ vide a loco in quo nūc es ad aquilonē ⁊ meridiē orientem ⁊ occidentē. ſtatim ſubdidit reſtringēdo ⁊ determinādo. Oēꝫ terrā quā cōſpicis tibi dabo. per hoc deſignās ꝙ ſolū ſibi ꝓmittebat terrā chanaā quā cōſpiciebat ⁊ nō aliā. Similiter.c.xxvi. dixit yſaac. Dabo poſteris tuis vniuerſas regiōes.ſ. terre chanaā. His dictis exponūt lrām ſic. c Benedictiōes patris tui.ſ. Jacob.

ctuſqꝫ ē tributis ſeruiēs[i]. Dan[x] iudicabit populū ſuū ſicut ⁊ alia tribꝰ in iſrael. Fiat[y] dan coluber in via: ceraſtes i ſemita mordēs[z] vngulas equi: ut cadat aſcenſor eius retro. Salutare[a] tuū expectabo dñe. Gad[b] accinctꝰ preliabitur añ eum: et[c] ipſe accingetur retrorſum. Aſer[d] pinguis panis eius: ⁊ prebebit delicias regibꝰ Neptali[f] ceruus emiſſus: ⁊ dās eloq̄a pulcritudinis[g]. Filius accreſcēs ioſeph filiꝰ accreſcens ⁊ decorꝰ aſpectu. Filie[i] diſcurrerūt ſup murū: ſꝫ[k] exaſperauerūt euꝫ ⁊[l] iurgati ſunt inuiderūtqꝫ[m] illi habētes[n] iacula. Sedit[o] i forti arcus[p] eius: ⁊[q] diſſoluta ſunt vincula brachioꝝ: ⁊ manuꝫ illius per[r] manꝰ potentis iacob. Inde[s] paſtor egreſſus ē: lapis[t] iſrael. Deus[u] patris tui erit adiutor tuꝰ: ⁊[x] omnipotēs benedicet tibi benedictionibus[y] celi deſup: benedictiōibus[z] abyſſi iacētis deorſuꝫ: benedictiōibꝰ[a] vberꝝ et[b] vulue.



Benedictiones[c] patris tui: confortate[d] ſunt benedictiōibus patrum eius donec[e] ueniret deſiderium collium eternoꝝ. Fiant[f] in capite ioſeph ⁊[g] in uertice nazarei iter frēs ſuos. Beniamin[h] lupus rapax mane[i] comedet predam: et ueſpere diuidet ſpolia. Omnes[k] hi in tribubꝰ iſrl' duodecim. Hec[l] locutus eſt eis pater ſuus bñdixitqꝫ[m] ſingulis benedictionibus ꝓprijs ⁊[a] precepit eis dicens. Ego congregor ad populum meū. Sepelite me cum patribus meis in ſpelunca duplici: que eſt in agro ephron ethei: contra mābre in terra chanaan: quam emit abraā cū agro ab ephron etheo in poſſeſſioneꝫ ſepulcri. Ibi ſepelierunt eum ⁊ ſaram vxorem eius. Ibi ſepultus eſt Iſaac cuꝫ rebecca: coniuge ſua. Ibi ⁊ lya condita iacet. Finitiſqꝫ mandatis quibus filios inſtruebat collegit[b] pedes ſuos ſuper lectulum et obijt: appoſituſqꝫ[c] eſt ad populum ſuū.

d Confortate ſunt benedictionibꝰ patrū eius.i. meliores ⁊ ſe ad plus extendētes q̄ benedictiones patrū ſuoꝝ.ſ. abraam ⁊ yſaac. ⁊ ſubdiꝭ cā. Uſqꝫ ad terminū collium ſeculi: qꝛ benedictio Jacob ſiue ꝓmiſſio ſe extendit vſqꝫ ad fines terre habitabilis: vt ꝑdictuꝫ eſt: ⁊ hoc deſignaꝭ per terminū colliū ſeculi: nō ſic aūt bñdictiones patrum ſuoꝝ. Aliter poteſt expōi et melius vt videtur ſequendo tranſlationē noſtrā. Ad cuius intellectum conſideranduꝫ ꝙ ſicut natura ꝓcedit de minus perfecto ad magis ꝑfectū. ita reuelationes facte patribꝰ ve.te. de myſterio chriſti ⁊ future beatitudie clariores facte ſunt poſterioribus q̄ primis vnde dicit ꝓpheta dauid. Super ſenes itellexi. ⁊ iō iacob qui fuit poſterior abraam et yſaac clariorem noticiam habuit de predictis q̄ ipſi: qꝛ ſibi reuelatum eſt myſterium chriſti futurū q̄tū ad eius generationē ⁊ paſſionem: per quam aperta ē ianua celeſtis: vt plenꝰ.ſ. dictū ē.xxviij ca. ⁊ ſm hoc exponiꝭ lrā. Benedictiones patris tui.i. iacob. Confortate ſunt benedictiōibꝰ patrū ſuoꝝ: qm̄ fortiores ⁊ clariores reuelationes de myſterio chriſti ⁊ futura beatitudine ei facte ſunt. iō ſubdiꝭ. e Donec veniret deſideriū colliuꝫ eternoꝝ. q.d. ad hoc deuenit reuelatio ſibi facta ꝙ declarauit ei apertionē ianue celeſtiſ fiendam per chriſtū: ad qđ deberet tendere omne deſiderium noſtrū. f Fiant in capite Joſeph.i. veniant ſuper euꝫ oēs benedictiones ꝑdicte. g Et in vertice nazarei ⁊c. replicatio eſt eiuſdeꝫ ad maiorem cōfirmationem. ⁊ eſt ſenſus. In vertice nazarei.i. ipius ioſeph qui eſt nazarꝰ.i. ſanctus inter fratres ſuos. h Beniamin lupus rapax. Hic ꝑdixit iacob ſtatū beniamin futuꝝ: ⁊ exponitur vno mō ſic ab aliquibꝰ hebreis ⁊ aliquibus catholicis dicētibus ꝙ qꝛ templū fuit in ſorte beniamin ⁊ ibi erat altare holocauſti in quo erat ignis perpetuus in quo quolibet mane ponebāt ſacerdotes ligna ad cōtinuandū igneꝫ ⁊ poſtea deſuper hoſtias q̄ erant cōcremande quas deuorabat ignis: poſtea veſpere ꝑtes hoſtiaꝝ ⁊ oblationū remanētes ꝓ ſacerdotibus diuidebātur: ⁊ ſic exponiꝭ hec littera. h Beniamin lupus rapax ⁊c. qꝛ in ſorte ſua fuit altare holocauſti: qđ deuorabat hoſtias: vt predictum eſt.
i Mane. Et veſpere diuidet ſpolia. eo ꝙ remanētia diuidebātur ſacerdotibus: vt dictum eſt. ſed iſta expoſitio videtur multuꝫ extranea maxime quia rapacitas lupi vbiqꝫ in ſcriptura alibi accipitur in malo: qđ nō pōt dici hic: qꝛ hoſtie incendebātur in altari ad honorem diuinū. ideo aliter exponiꝭ de tribu beniamin que fuit valde bellicoſa. vnde ⁊ accepit guerrā ꝯ vndecim tribus alias: ⁊ bis debellauit eas in campo: vt habeꝭ Judicū.xx.c. ⁊ mltos ex eis occiderūt filij beniamin: quoꝝ ſpolia rapiebāt ⁊ poſtea cū rediſſent đ bello inter ſe diuidebāt: ⁊ ſic patet quō beniamin đꝛ lupꝰ rapax. Itē alio mō exponit Aug. de paulo apoſtolo: qui fuit de tribu beniamin: vt habeꝭ.i. Corinthi.xv. qui ante cōuerſionē ſuam grauiter perſecutus eſt chriſtianos tanq̄ꝫ lupus rapax: vt hꝛ Actuuꝫ.ix.ca. ſed poſt cōuerſionē ſuā fidē chriſti publicauit verbo ⁊ ſcripto per orbem vniuerſum: qđ notaꝭ cū đꝛ. i Et veſpere diuidet ſpolia. i. ſnīas legis ⁊ ꝓphetarū quas a iudeis acceperat: exponendo de chriſto ad inſtructionem fidelium. k Omnes hi in tribubꝰ iſrl' xij. iſta eſt cōcluſio reſpectu precedentium. vnde ſubdiꝭ. l Hec locutus eſt eis. que predicta ſunt: predicendo ſpū ꝓphetico: q̄ circa eos futura erant. m Benedixitqꝫ ſingulis. Hic ꝯñr Jacob erigit animos filioꝝ ſuoꝝ ad ſpē vite imortalis. ꝑmo iprecādo eis bona ſpūalia ⁊ eterna: qđ notaꝭ cū đꝛ. bñdixitqꝫ ſingulis ⁊c. Dicūt tñ hꝰ aliqui ꝙ illud referꝭ ad ea que dicta ſunt: ita ꝙ iacob aliꝭ nō benedixit filios ſuos niſi predicendo eis futura: vt predictū eſt ſꝫ hꝰ nō vꝛ verū: qꝛ in ꝑcedētibꝰ aliquibꝰ eoꝝ nō bñdixit ſꝫ magꝭ maledixit ſicut patet de ſymeon: ⁊ leui: ⁊ ruben. ⁊ tñ đꝛ hic ꝙ benedixit ſingulis: ⁊ ideo melius vꝛ dicēdum ꝙ poſtq̄ predixerat eis futura: imprecatus ē eis bona: ⁊ ſic benedixit eis: ſed forma benedictionis nō exprimiꝭ hic: qꝛ nō omnia ſcripta ſunt: nō eñi veriſimile eſt: quin iacob moriens imprecatꝰ ſit bona ſpūalia ⁊ eterna ſingulis filioꝝ ſuoꝝ. ad que debet dirigi finalis intentio omnium actuū humanoꝝ. Scđo inducit eos ad fidem reſurrectōis: cū ſubditur.
a Et precepit eis. cuiꝰ ꝑceptum ſubdit cum diciꝭ. Sepelite me ⁊c. ſciebat eñi ꝙ hoc nō poterat ſine magnis ſumptibus ⁊ labore fieri: ⁊ nihilominus hec precepit oſtendēs ꝙ corpus ſuum erat reſurrecturꝝ ad vitam imortalem per ieſum chriſtuꝫ: vt.ſ. dictū eſt.xlvij.ca. Cetera patent vſqꝫ ibi.
b Collegit pedes ſuos ⁊c. ex quo pꝫ ꝙ obijt pacifice ⁊ quiete.
c Appoſituſqꝫ eſt ad populum ſuum.i. ad lymbum ſanctoꝝ patrū: ſicut ſupra dictum eſt de Abraam ⁊ yſaac. tñ magiſter in ſchola. hyſt. exponit ad populum ſuum.i. ad angelos: allegans ꝓ rōne: qꝛ abraā ⁊ yſaac tam pauci erant: ꝙ nō poſſent dici populus: ſed hoc nō videtur bene dictū: qꝛ angeli ſancti ſunt in beatitudine. ⁊ ideo nullus pōt dici appoſitus ad eoſ niſi qñ tranſferꝭ ad gloriā: qđ nō fuit de iacob nec aliquo alio hoīe añ apertionem ianue celeſtis per paſſionē chriſti. Motiuū etiā ſuū nō valet: qꝛ in lymbo ante mortē Jacob nō ſolū recepti erāt abraā ⁊ yſaac. ſed oēs iuſti qui mortui fuerāt ab adā qui penituit: vt hꝛ Sap.x.c. vſqꝫ ad iacob q̄ fuerūt multi.ſ. abel. ſeth. ⁊ multi alij de filijs eiꝰ qui fuerūt religioſi ⁊ iuſti: ⁊ Noe ⁊ melchiſedech ⁊ multi đ poſteꝝ eoꝝ ⁊ mulieres ſancte: ita ꝙ bñ poterāt dici populus: maxime cū ſm leges decem homines faciant populū ꝓpter qđ nō valet dictū ſuū. ⁊ iō exponēdū ē vt dictū eſt. Ad ppl'm ſuum id eſt ad iuſtos exñtes in lymbo.

In ca.xlix. vbi dicitur in poſtilla. Dicit eñi in nouiſſimis diebus.

Additio.i.

s Uper illud verbū. In nouiſſimis diebus. Rabi mo. gerūdēſi. In ſua glo. dicit. Nouiſſimi dies ſunt dies meſſie qm̄ Jacob ſignificabat illa tempora in verbis ſuis cū dixit. Donec veniat ſilo. ⁊ ipſi congregabūtur populi ⁊c. Scđm eñi cōmunē opinionē nouiſſimi dies meſſie ſunt. hec ille. Et ſunt verba notanda: lꝫ frequēter a iudeiſ malicioſe negentur.

In eodem capitulo.xlix. vbi dicitur in poſtilla. Quia tu es principium doloris mei ⁊c.

Additio.ij.

i In hebreo in hoc loco poniꝭ. Tu es ꝑncipiū onī. ⁊ eſt dictio q̄ q̄ñqꝫ ſignificat dolorē: q̄ñqꝫ vero fortitudinem ſeu roborem: ⁊ vtroqꝫ modo poteſt exponi ad cōmendationē ipſius rubē anteqū peccaſſet. cū eñi đꝛ: ꝑncipiū doloris mei.i. ſollicitudinis mee circa filios meos: ⁊ ſic exponit magiſter i hyſto. Si aūt dicaꝭ. ꝑncipiū fortitudinis mee: pōt intelligi: qꝛ in eo ꝑma apparuit virilitas ipſius iacob i actu generandi: ⁊ redit in idē qđ prius. Uel ſm ra. Mo. in hoc cōmendaꝭ caſtitas iacob: qꝛ vt tradunt hebrei tunc nō emiſit de ſe ſemen ante cōceptionem ruben: ⁊ ſic fuit principiū fortitudinis ſue q̄ ad hoc: ⁊ ē ſnīa planior. Dicit eñi ꝑmo. Omnia que faciebant ad cōmendationem Ruben.ſ. tu es fortitudo mea. vſqꝫ ibi maior imperio. Et poſtea ſubdit illa que faciunt ad eius decrementū. ⁊ hoc cū dicit. Effuſus es ſicut aqua ⁊c.

In eo.ca.xlix. vbi đꝛ in poſtilla. Nō aufereꝭ ſceptrū de Juda.

Additio.iij.

b Ec auctoritas patriarche.ſ. Non auferreꝭ ſceptꝝ de iuda donec veniat ſilo: eſt valde efficax ad vincendū iudeos de hoc ꝙ chriſtus ꝓmiſſus iā venit a tēpore quo ablatū ē ſceptꝝ de iuda ⁊c. ⁊ iō ꝯ hoc multipliciter cauillātur quoꝝ cauillationibꝰ ibi bene vꝛ rñderi i poſtilla: excepto vno.ſ. cū đꝛ ꝙ machabei qui ſacerdotes fuerūt ⁊ gubernauerūt populū erāt de tribu iuda qđ ipſi negāt: nec plane ꝯ eos hoc ꝓ/



Universidad de Salamanca. BGH

batur: vnde inter alios quos de hac materia vidi loquẽtes ſeu ſcribentes ſuper Rex. Mar. in pugiõe ſua ſecũda parte ca. iiij. ⁊ v. de hoc eleganter tractat. p̃mo exponens hec verba. Nõ auferetur ſceptrũ. nec dux de femore: de collegio ſeu cõſiſtorio iudeoꝝ qui dicebãt ſanhedrin: ad quos oĩs difficultates ſeu dubia legis ⁊ fidei perueniebãt ⁊ oĩa ſumma iudicia ⁊ cõtrouerſie quiquidem reſidebant p̃ncipaliter ſub regibus ⁊ ducibus iudei hieruſalem: ⁊ poſtea in babylonica captiuitate dũ eſſent reges vel duces de iuda cõſequẽter aũt in reditu captiuitatis apud hieruſalẽ durabat etiã poteſtas illoꝝ: ꝓut poteſtas alicuiꝰ capituli vacãte ſede durat: quoꝝ auctoritas ⁊ poteſtas durauit etiã tẽpe machabeorum: ⁊ vſqꝫ ad certum tempus ante deſtructionem templi ſecundi: quodquidem tempus cõcurrit cũ tempore paſſiõis chriſti: ⁊ tũc ceſſauit oĩno eoꝝ p̃tãs: que oĩa ſufficienter ꝓbat p̃dictus auctor: ⁊ deducit per auctoritates ſumptas a doctoribus autenticis hebreoꝝ antiquis quibus nullo mõ poſſunt iudei rõnabiliter diſſentire: quas quidẽ ad euitandũ ꝓlixitatẽ omitto: remittẽdo eas predicto libro vbi plane tractantur.

In eodem capitulo. xlix. vbi dicitur in poſtilla. Ligãs ad vineã ⁊c.

Additio. iiij.

e Expoſitio catholicoꝝ in hoc loco nõ debet cenſeri myſtica ſꝫ potius lr̃alis. Jacob eñ ꝓphetando de filijs in hoc loco: ſepe loquit̃ metaphorice: ſꝫ quã locutionẽ accipiẽda eſt ſniã lr̃alis: ex hoc ꝙ res ſignificate ꝑ voces: vlteriꝰ aliud ſignificãt: ꝓut oſtẽſum fuit in ꝓlogo huiꝰ libri. Qḋ aũt hic circa iudam metaphorice loquit̃: ſatis videtur ex hoc qḋ dixerat. Catulus leonis ⁊c. qḋ exponit̃ de dauid: vt in poſtilla: qui nõ fuit catulus leonis niſi metaphorice. Et ſil'r in hoc loco cũ dicit. Ligãs ad vineã ⁊c. locutio metaphorica dꝫ cenſeri: p̃ſertim cũ ſimilitudines quas in hoc loco ponit: ſint omnino cõformes ſimilitudinibus in alijs locis ſacre ſcripture cõtentis: vbi de ſimili materia tractat̃. Pro quo attendendũ ꝙ vinea in ſacra ſcriptura accipit̃ ad litterã ꝓ cõgregatiõe eorũ q̃ ſũt ſub fide. vñ Eſa. v. Uinea dñi ⁊c. ſil'r chriſtus ſe vocat vitẽ. Joh. xv. Ego ſum vitis vera ⁊c. ſil'r diſcipulos vocat palmites vt ibidẽ. Per aſinã vero ſignificat chriſtꝰ populũ iudeoꝝ: ⁊ per pullũ populũ gentiliũ vt Math. xxi. ca. ⁊ zach. ix. ca. ꝓphetice hoc idẽ ſignat̃. Per hoc aũt ꝙ dicit. Lauabit in vino ſtolam ſuã ⁊c. etiã metaphorice ſignificat̃ ad litterã paſſio chriſti: de qua Eſa. lxiij. Cũ a chriſto queritur. Quare ergo rubrũ eſt indumentũ tuũ ⁊ veſtimẽta tua ⁊c. que oĩa ad litterã intelligunt̃ d̃ chriſto ⁊ eiꝰ paſſione. vñ tenẽda ẽ expoſitio nr̃oꝝ doctoꝝ in hoc loco tãqꝫ lr̃alis: ⁊ cõtinuat̃ cũ p̃cedẽtibus cõuenienter: cũ eñ dixerat. Donec veniat qui mittẽdus ẽ. ſ. chriſtꝰ cui erit cõgregatio ſeu expectatio gentiũ: ꝯñr declarat cõiũctionẽ harũ gentiũ dicẽs. Ligans ad vineã ⁊c. ſil'r ⁊ paſſionẽ ꝑ quam ſpectabat̃ redẽptio omniũ gentiũ. ⁊ hoc cũ dicit. Lauabit in vino ⁊c. ⁊ exponãtur ad lr̃am ꝓut in glo. ordi. ⁊c.

In eodem capi. xlix. vbi dicitur in poſtilla. Sed hec expoſitio ⁊c.

Additio. v.

b Hec expoſitio nõ videt̃ tanq̃ extranea repellẽda nõ obſtantibus obiectionibꝰ poſtil. ꝯ eã. p̃ma eñ obiectio nõ videt̃ valere: nã ille qui nimis dat̃ ad ſpeculationẽ ſepe negligit curã temporaliũ negocioꝝ intantũ ꝙ iudicio cõi hominũ rudis ſeu fatuꝰ reputat̃: ſicut phs. vi. ethy. dicit de anaxagora ⁊ ſimilibꝰ phis: ꝙ videbant̃ ignorãtes cõferentia ſibijpis. Scḋam vero obiectionẽ manifeſtũ eſt nõ valere: reperitur eñ in ſacra ſcriptura exp̃ſſum ꝙ de filijs Jſachar erant hoĩes excellẽtes in ſciã ſuper alios. vñ. i. paral'. xij. ca. De filijs quoqꝫ Jſachar viri eruditi qui nouerant ſingula tp̃a ad p̃cipiendũ quid facere deberet iſrl' ⁊c. ſuper qḋ verbũ glo. doctores legis in tribu Jſachar fuiſſe tradũtur: q̃ ſingula tp̃a cerimoniaꝝ obſeruanda docebãt: ⁊ quid facere deberet iſrl' preſcribebãt. Hec in glo. qḋ etiã ipſemet poſtil. in hoc loco teſtat̃: vbi de filijs. Jſachar ſic dicit. Erant eñ iſti ſtudioſi in lege: ⁊ ſciebant optime cõſulere quid ⁊ quõ eẽt agendũ: ⁊ cetere tribus eoꝝ cõſilijs acquieſcebãt. hec poſtilla. Qḋ aũt de tribu Leui etiã eſſent cõiter iudices ⁊ doctores ppl'i: verũ ẽ: ⁊ habet̃ Deut. penul. vbi de Leui d̃r. Perfectio tua ⁊ doctrina tua a viro ſancto tuo ⁊c. Sed cũ hoc ſtat ꝙ Jſachar ẽt hẽbat excellẽtiã i ſciã vt dictũ ẽ reſpectu alioꝝ p̃ter leui. Cõtinuat̃ etiã lr̃a ſm hãc expoſitionem ſic: nã cũ Jſachar eſſet auidus ad ſpeculationẽ ſcĩe: ⁊ haberet terrã fructiferã: erat accubãs inter terminos: abhorrens. ſ. labores corporales. vnde vidẽs requiẽ. ſ. ſpeculationẽ ꝙ eſſet bona: ⁊ terrã ꝙ eſſet optima. ſ. fructifera cũ modico labore: ꝓut in poſtilla. ex amore ſtudij excuſabat ſe vt plurimũ ne iret in exercitũ: q2 diligebat quietẽ ⁊ dulcorẽ ſapiẽtie. ⁊ iõ preeligebat ſoluere tributũ regibus potiꝰ q̃ dimittere requiẽ ſpeculatõis: ⁊ hoc eſt qḋ ſequitur: ⁊ ſuppoſuit humeꝝ ſuũ ad portãdũ. ſ. q2 volebat magis eẽ tributariꝰ q̃ bellicoſus ſeu militaris rõne predicta.

In eodem capitulo. xlix. vbi dicitur in poſtilla. Dan iudicabit populum ſuum ⁊c.

Additio. vi.

d Jctio hebraica in hoc loco poſita ſignificat vno modo iudicare: ⁊ alio modo vindicare: ⁊ vtrũqꝫ poſſet intelligi de Sanſone. ꝓut in poſtilla.

In eodem capitulo vbi dicitur in poſtilla. Salutare tuum expectabo dñe.

Additio. vij.

Circa primũ ſic ꝓcedit. qꝛ p̄mo p̄ceptũ dat moyſi. ⁊ ſcðo ab eo diuulgat ſenioꝛibꝰ popl'i: ibi. Uocauit aũt moyſes. Adhuc p̄mo deſcribit ſacrificiuʒ agni paſchal'. ſcðo modus comedendi: ibi. Sic aũt comedetis. tercio imponit reſpectu tp̄is futuri: ibi. Habebitis aũt hanc diem. Circa primũ dicitur. a Dixit quoqʒ dñs ⁊c. Hoc autem dixit ei ſm aliquos anteꝗ̃ Moyſes denũciaret pharaoni plagaʒ decimã ſm alios qð veriꝰ vr̃ dixit ei poſt vt expoſitũ ē in. c. pꝛecedenti. b Mẽſis iſte. ſ. martiꝰ q̄ apud hebꝛeos vocatur niſan. c Uobis pꝛincipiũ menſiũ. ⁊ dixit vobis qꝛ apð latinos ianuariꝰ eſt pꝛimus. ſil'r ⁊ apud grecos. Ianuarius eñ apud grecos dicitur ꝓthos qð idem eſt qð pꝛimus. Similiter etiã apð hebꝛeos ſm cõioꝛē opinionē ſeptẽber eſt p̄mꝰ ſimpl'r: qꝛ in eo creatus fuit mũdus: ⁊ vſqʒ ad illud tp̄s vocabat p̄mꝰ apud hebꝛeos: ſed ex iſto notabili bñficio. ſ. exitu de egypto tã mirabili quē deus eis p̄ſtitit in iſto mẽſe vocatꝰ eſt de cetero pꝛimꝰ mẽſis anni. ⁊ h̃ notat cũ dꝛ. d Primꝰ erit in mẽſibꝰ anni. ac ſi daret p hoc intelligi ꝙ añ p̄mus nõ fuerit: ſicut pleniꝰ expoſui. s̄. Geñ. vij. Qð aũt aliq̄ doctoꝛes catholici dicũt apꝛilē eē p̄mũ mẽſem apud hebꝛeos ſtare nõ põt. vt vr̃: qꝛ ſm oẽs ſeptẽber ē ſeptimꝰ mẽſis apud hebꝛeos in quo fiebat feſtũ expiatiõis: vt hr̃ Leui. xxiij. ⁊ Nu. xxix. Septẽb vero nõ ē ſeptimꝰ ab apꝛili ſʒ a martio: ⁊ iõ martiꝰ pꝛimꝰ ē apð eos ⁊ vocat niſan. Sciẽdũ tñ ꝙ frequẽter cõcurrit cũ apꝛili nr̃o: qꝛ iudei faciũt mẽſes p lunationes. ãnus aũt ſolaris q̄ cõtinet in. xij. mẽſibꝰ nr̃is cõtinet. duodeciʒ lunatiões ⁊ vndecim dies. ⁊ ſic in tercio anno iudei faciũt. xiij. mẽſes: vt fiat adequatio ãno ſolari. ⁊ h̃ mõ fit in quolʒ anno emboliſmali. q̄ hʒ. xiij. lunationes. tũc eñ menſis adar q̄ ē. xij. apud eos duplicat. ⁊ ſic ſcðs q̄ apud hebꝛeos vocat neadar. i. ⁊ adar quaſi adiũctꝰ p̄cedẽti cõcurrit cũ martio nr̃o: ⁊ per ꝯñs niſan q̄ ē p̄mꝰ apud hebꝛeos cõcurrit cũ apꝛili nr̃o. ⁊ foꝛte ſic erat qñ filij iſrl' exiuerũt de egypto. ⁊ pp hoc dixerũt doctoꝛes nr̃i p̄dicti ꝙ apꝛilis ē p̄mꝰ mẽſis apð eos. Sciẽdũ tñ ꝙ ſcire p certitudinē ⁊ in particulari q̃uo ãnis diuerſis pꝛimꝰ mẽſis hebꝛeoꝝ q̄ vocat niſan plꝰ ⁊ minꝰ cõcurrit cũ martio ⁊ apꝛili pertinet ad aſtrologos ⁊ cõputiſtas. ſufficit aũt hoc groſſe ⁊ bꝛeuiter tãgere: ꝓut ſpectat ad expoſitionē lr̃e: tñ ē ſciẽdũ ꝙ hoc ē regulariter verũ: qꝛ p̄mꝰ mẽſis hebꝛeoꝝ ſemꝑ incipit a p̄ncipio lunatõis ꝓpinquioꝛis eq̄noctio vernali ſiue p̄ncipiũ dicte lunatiõis ſit añ eq̄noctiũ ſiue pꝰ ſicut ibidē. dictũ aũt eq̄noctiũ ē ꝓpinquiꝰ p̄ncipio martij ꝗ̃ fini: qꝛ ē. xij. die martij ſm veritatē: lʒ alit ſignet in kalẽdarijs nr̃is. Ex q̄ pʒ verũ qð dcm̃ ē. ſ. ꝙ p̄mꝰ mẽſis hebꝛeoꝝ magis coꝛrñdet martio ꝗ̃ apꝛili. ⁊ ſicut dictũ ē de cõcurſu p̄mi menſis hebꝛeoꝝ cuʒ martio ⁊ apꝛili ita ē ſeptimꝰ mẽſis eoꝝ q̄ dꝛ tyſſer cõcurrit cũ ſeptẽbꝛi ⁊ octobꝛi vario mõ in diuerſis ãnis. e Decima die ⁊c. Ex iſta lr̃a ⁊ ex ea q̄ ſequit. j. Iuxta quē ritũ tolletis ⁊ hedũ ⁊ ſeruabitis euʒ vſqʒ ad. xiiij. diē mẽſis huiꝰ. imolabitqʒ eũ vniuerſa multitudo ⁊c. Dixerũt aliq̄ ꝙ p iſta intelligit duplex imolatio. vna agni q̄ imolabatur decima die ĩ qualibet domo. Alia hedi. qꝛ a decima die ſeruabat vſqʒ ad quartãdecimã diē in qua ad veſperũ imolabat nõ in ſingulis domibꝰ ſʒ a tota multitudine filioꝝ iſrl'. ſʒ hoc pʒ falſũ: qꝛ ð imolatõ q̄rtadecima die dꝛ ꝙ debebãt filij iſrl' comedere carnes aſſas ⁊ in ſingulis domibꝰ ⁊ de ſanguine imolati ponere in ſupliminari ⁊ ſuꝑ vtrũqʒ poſtē: vt pʒ ex tex. ſe. Certum eſt aũt ꝙ carnes vniꝰ hedi ⁊ ſãguis nullo mõ ſufficerẽt ad p̄dicta. Itē vbi trãſlatio nr̃a hʒ. Iuxta queʒ ritũ tolletis ⁊ hedũ. vñ ꝓceſſit hec opinio. In hebꝛeo hr̃ ſic. De arietibꝰ vel de capꝛis accipiet illũ: ⁊ refert h̃ illuʒ ad id qð imediate p̄põit vbi dꝛ. Erit aũt agnꝰ ſine macula maſculus anniculꝰ. Illa eñ dictio hebꝛaica q̄ ibi ponit ꝓ agno. ſ. ʒbe. aliqñ accipit ꝓ hedo. Ex quo pʒ ꝙ non erat alia imolatio agni ⁊ hedi ſʒ vna que debebat fieri de agno ſi poterat hr̃i bono mõ. ⁊ ſi nõ: poterat fieri de hedo. ⁊ hoc etiã dicũt doctoꝛes hebꝛei. Agnꝰ tñ vel hedꝰ q̄rtadecima die imolãdꝰ in ſingulis domibꝰ p̄capit hic accipi a decima die mẽſis ⁊ ſeruari vſqʒ ad quartãdecimã diē duplici de cã. vna ē qꝛ filij iſrl' erãt occupati in p̄parãdo ſe ad receſſum de egypto cũ oĩbꝰ q̄ habebãt in q̄ p̄paratõe requirebat magna ſollicitudo ⁊ diſtractio. ⁊ iõ ne ex hoc darẽt obliuiõi accipere agnũ vl' hedũ in die imolatõis p̄ceptũ fuit tũc ꝙ acciperẽt p q̄tuoꝛ dies añ. Scða cã fuit vt in illis q̄tuoꝛ diebꝰ viderẽt p experiẽtiã ſi in agno vel hedo accepto eſſet aliqua macula. i. defectꝰ pp qð nõ deberẽt imolari ⁊ ſic de alio ſibi ꝓuiderẽt. ⁊ ideo dicũt hebꝛei ꝙ tal' p̄acceptio p q̄tuoꝛ dies nõ obligabat in futurũ. nec fuit obſeruata in ãnis ſequẽtibꝰ: qꝛ p̄dicte cauſe ceſſauerant quod manifeſte patet de ſollicitudine ꝓ exitu. Similiter etiã de cognitiõe macule: qꝛ p aſſuefactionē iugis ſacrificij q̄ quotidie imolabat vnꝰ agnꝰ ſine macula mane ⁊ aliꝰ veſpe ſtatim de facili poterãt cognoſcere ſi in aĩali accepto eēt macula vel ĩpedimẽtũ p̄dicte imolatõis.

f Aſſumet viciñũ ſuũ. i. iudeũ. gẽtilis eñ viciñꝰ iudei nõ poterat ad h̃ aſſumi: qꝛ nullꝰ admittebat niſi circũciſus: vt. j. dꝛ. g Iuxta numeꝝ aĩaꝝ ⁊c. Excipiũt infirmi q̄ nõ p̃nt comedere carnes ſine piculo ſaltē ad q̄ntitatē oliue: vt dicit Ra. ſa. h Erit aũt agnꝰ ſine macula. macula q̄ ē in varietate pellis ñ ĩtelligit h̃. qꝛ ñ ĩpediebat imolationē: ſʒ illa q̄ erat ex defectu alicuiꝰ ptis coꝛpis. i Maſculꝰ. qꝛ femella imolari nõ poterat ĩ h̃ ſacrificio: ſʒ req̄rebat ad hoc ſexꝰ maſculinꝰ q̄ ē pfectꝰ: qꝛ ea q̄ ſũt pfecta debẽt deo imolari a q̄ emanat oĩs humana pfectio. tñ in aliq̄bꝰ hoſtijs pacificis ⁊ ꝓ peccõ hñ imolabãt femelle. k Anniculus. i. ĩfra annũ p̄mũ. ab octaua eñ die natiuitatis ⁊ nõ añ vſqʒ ad cõpletionē ãni. ⁊ nõ poſt poterat imolari. Rõ aũt q̄re imolabat agnꝰ magis ꝗ̃ aliud aĩal erat ad deteſtationē ydolatrie egyptioꝝ q̄ iouē colebant in ſpē arietis vel agni. Sil'r hyrcos venerabãt: qꝛ aliqñ demones in tali effigie eis apparebãt. iõ deficiẽte agno imolabat hedꝰ. l Et ſeruabit vſqʒ ad quartãdecimã diē: qꝛ talis imolatio erat q̄ð ĩ diſpõ ad exitũ de egypto q̄ fuit. xv. die ĩ mane: vt patebit. j. ⁊ iõ expectabat imolatio illa vſqʒ ad veſperã imediate p̄cedẽtē diē exitꝰ. l Immolabitqʒ eũ vniuerſa multitudo. multitudo eñ ñ tenet h̃ collectiue ſʒ magis diuiſiue. i. q̄libet domꝰ multitudinis vnũ. niſi qñ domꝰ erat ita p̄ua ꝙ nõ ſufficeret ꝓ eſu agniculi ⁊ tũc pſone de duabꝰ domibꝰ ſil' ꝯiũgebãt vt dictũ ē. m Ad veſperã. ſm doctoꝛes hebꝛeos veſpera ꝓut h̃ accipit ĩcipit ab hoꝛa ſeptia diei: qꝛ ex tũc ſol incipit tẽdere ad occaſuʒ: ⁊ ab illa hoꝛa vſqʒ ad p̄ncipiũ noctis põt imolari phaſe ſm eos imolabat aũt ad veſperã qꝛ illa hoꝛa iã ptinebat ad diē ſequẽtē ſolẽnē ĩ q̄ exiuerũt de egypto. n Et ſumẽt de ſanguine eiꝰ. ſ. agni imolati. o Ac ponẽt ſuꝑ vtrũqʒ poſtē. i. ſuꝑ duo ligna ĩtra q̄ claudit oſtiũ ſʒ lõgitudinē ſuã. p Et in ſupliminaribꝰ. Supliminare dꝛ lignũ trãſuerſale qð ē ſuꝑ poſtes oſtij. ⁊ vocat limē ſuperiꝰ. q Domoꝝ in q̄bꝰ comedẽt illũ. In domibꝰ eñ in q̄bꝰ nõ habitabãt hoĩes ſicut ē grãgia vbi reponit fenuʒ ⁊ ſilia. ⁊ ſtabulũ vbi habitabãt aĩalia nõ erat ſanguis ponẽdꝰ. Cã aũt q̄re ſanguis in domibꝰ ponebat. j. exp̄mit. r Et edẽt carnes. Ex hoc dicũt hebꝛei ꝙ ñ ē eis licitũ comedere oſſa vl' cartilagines ⁊ neruos agni p̄dicti

s Aſſas igni. imolatio. n. illa ſignificabat diſpõneʒ ppl'i ad recedẽdũ de egypto velocit. ⁊ iõ illo mõ p̄cipiũt carnes decoqui q̄ expeditiꝰ põt fieri. t Et azimos panes. eadẽ rõne qꝛ ſtatiʒ p̃nt fieri ex cõmixtiõe aq̄ ⁊ farine. v Cũ lactucis agreſtibꝰ. In hebꝛeo hr̃. Cũ amaritudinibꝰ. Et p h̃ ĩtelligũtur herbe amare indifferẽter. nec plꝰ fuit p̄ceptũ de lactuč ꝗ̃ ð alijs herbis: vt dicũt hebꝛei. hoc aũt fiebat ad deſignãdũ amaritudinē quam filij iſrl' ſuſtinuerũt ĩ ſeruitute egypti. x Nõ comedetis ex eo crudũ q̄d. In hebꝛeo hr̃. Semicoctũ. qð gallice dꝛ demy cuit: ⁊ hoc ad deteſtatõeʒ ydolatrie p̄cipiebat. aliq̄ eñ ydolatre imolata ydolis talit cocta comedebãt. y Nec coctũ aqua. rõne p̄dicta. ſ. qꝛ nõ ita expedite fit ſic aſſando. z Caput cũ pe. eiꝰ ⁊ inte. voꝛabitis. In hebꝛeo nõ ē voꝛabitis. ⁊ ſic iſta lr̃a ſm hebꝛeos nõ refert ad comeſtionē ſʒ ad aſſationē de qua imediate p̄dicit.

tis ⁊ heduʒ ⁊ ſeruabitis eũ vſqʒ ad quartãdecimaʒ diē mẽſis hꝰ. Immolabitqʒ[l] eũ vniuerſa mltitudo filioꝝ iſrl': ad[m] ueſperã: ⁊[n] ſument ð ſãguine eiꝰ ac[o] ponẽt ſuꝑ vtrũqʒ poſtē: ⁊[p] in ſupliminaribꝰ domoꝝ[q] ĩ qbꝰ comedẽt illũ. Et[r] edẽt carnes nocte illa aſſas[s] igni ⁊[t] azimos pães cũ[v] lactucis agreſtibꝰ. Non[x] comedetis ex eo crudum quid: nec[y] coctuʒ aqua: ſed aſſuʒ tm̃ igni. Caput[z] cũ pedibꝰ

cipiũ menſiũ pꝛimꝰ[d] erit in menſibus ãni. Loquimini ad uniuerſũ cetũ filioꝝ iſrl': ⁊ dicite eis. Decia[e] die huiꝰ mẽſis tollat vnuſquiſqʒ agnũ p familias ⁊ domos ſuas. Si aũt minoꝛ ē numerꝰ ut ſufficere nõ poſſit ad ueſcendũ agnũ aſſumet[f] uiciñũ ſuũ q cõiũctꝰ ē domui eiꝰ iuxta[g] numerũ aĩaꝝ q ſufficere poſſunt ad eſũ agni. Erit[h] autē agnꝰ abſqʒ macula maſculꝰ[i] anniculus[k]. Iuxta quē ritũ tolle



Universidad de Salamanca. BGH

Sed aſſum tm̄ igni. ⁊ ſequit̄. Caput cū pedib⁹ ⁊c̄. ⁊ ē ſenſus ꝙ caput de corꝑe abſciſſum vel pedes nō debebāt ꝑ ſe aſſari ſ3 caput iūctū corꝑi ⁊ pedes ſilr̄. inteſtina aūt amouebāt̄ vt lauarētur ⁊ lota reponebāt̄ aſſāda cū corꝑe. Et os ei⁹ nō cōfringetis. Hoc nō eſt in hebreo h̄ ſed poſtea eo. ca. eius ſentētia ponitur. a Nec remanebit quicq̄ ex eo vſq̄ mane ad deſignandū ꝙ in mane ſine reditu de egypto debebant recedere

b Sic aūt comedetis illū. Hic deſcribit̄ modus comedēdi cū dicit̄. c Renes v̄ros accingetis ⁊c̄. iſta tria que hic exprimūt̄ deſignant ꝙ debebāt eē parati ad exeūdū de egypto. d Et comedetis feſtinanter. Ex quo deſignat̄ ꝙ deberent ire expedite ⁊ velociter ⁊ non deſidioſe.

e Eſt ei phaſe. i. tranſitus nō eſt in hebreo: ſ3 ē expoſitio hui⁹ noīs phaſe. q̄ addita ē a tranſlatore. dr̄ aūt hoc feſtum phaſe. qḋ ſignificat trāſitū. q2 tunc filij iſrl̄ receſſerūt de egypto vt trāſirēt ad terrā ꝓmiſſionis. Itē q2 illa nocte dn̄s trāſiēs ꝑ egyptū ꝑcuſſit egyptios ⁊ ſaluauit hebreos. ⁊ hoc eſt qḋ dr̄. Et trāſibo ꝑ terrā egypti ⁊c̄.

f Et in cūctꝭ dijs ⁊c̄. Dicunt eñi hebrei ꝙ illa nocte om̄ia ydola egypti lignea ſubito fuerūt putrefacta: ⁊ oīa metallica reſoluta ⁊ fuſa ī terrā. ⁊ oīa lapidea cōminuta in deteſtationē idolatrie. iō ſubditur.

g Ego dn̄s. qui ſol⁹ latria ſum colendus. h Erit aūt ſanguis ⁊c̄. Hic aſſignat̄ rō ei⁹ qḋ. s̄. dictū eſt. ⁊ ponēt de ſanguine ſuꝑ vtrūq̄ poſtē. ꝑ hoc eñi diſtinguebāt̄ domus hebreoꝝ a domib⁹ egyptioꝝ: q2 ſicut erāt diſtincti interi⁹ ꝑ fidē verā ab egyptijs ita volebat dn̄s ꝙ aſperſio ſanguinis eēt quaſi ſignū diſtinguēs exteri⁹ ⁊ ꝓteſtatio fidei interioris. i Et videbo ſanguinē. viſiōe approbatiōis. inq̄ntū eſt ſignū fidei: vt dictū eſt. k Trāſibo vos. q2 cū dom⁹ hebreoꝝ eēnt inter domos egyptioꝝ qñ ꝑcutiebat exiſtentes in domo egyptij manētis iuxta hebreū trāſibat domū hebrei abſq̄ leſione ꝓcedēs vltra ad ꝑcutiendū domū egyptij vltra manētis. ⁊ hoc ē qḋ ſubdit̄

l Nec erit vobis ⁊c̄. Nō ē hic intelligendū ꝙ dn̄s imediate ꝑ ſeip̄3 ꝑcuſſerit egyptios. Sed ꝑ angelū. Quid aūt ſentiendū ſit de angelo ꝑcutiente: vtꝝ fuerit bon⁹ vel mal⁹ dicet̄. m Habebitis aūt ⁊c̄. Hic ꝯn̄r deſcribit̄ qualiter phaſe ſit celebrandū reſpectu tp̄is futuri cū dr̄. Habebitꝭ aūt hāc diē in monimentū. i. in memoriā eternā. Dicit̄ eñi monimentū q̄ſi monens mentē. n Et celebrabitis ⁊c̄. in futuꝝ ꝓpter bn̄ficiū hac die vob̄ exhibitū. o Cultu ſempiterno. i. abſq̄ determinatiōe tp̄is: q2 tp̄e no. teſta. perfecti⁹ ſeruabat̄ iſta ſolēnitas q̄̄ tp̄e ve. qñ veritas ꝓcellit vmbras ⁊ figuras: q2 ea q̄ fuerūt in ve. te. fuerūt vmbre ⁊ figure reſpectu eoꝝ que fiūt in no. te. p Septē dieb⁹ ⁊c̄. Dicit Ra. ſa. hebre⁹ ſuꝑ locū iſtum ꝙ iſtud ꝑceptū de comedēdo azima ſeptē dieb⁹ nō habuit locū in p̄ma celebratiōe phaſe qñ filij iſrl̄ egreſſi ſunt de egypto: ſed in ſequētib⁹ celebratiōib⁹ poſtea. ⁊ hoc vr̄ ꝑ illud qḋ dr̄. ī. c. c. ꝙ filij iſrl̄ exeūtes de egipto in craſtino imolatiōis agni paſchalis nō poterāt fermētare cogētib⁹ eos exire egyptijs. Ex quo videt̄ manifeſte ꝙ cā quare comederūt tūc azima nō fuit ꝓpter obligationē ꝑcepti: ſ3 q2 nō habebāt tp̄s fermētandi. Itē. s̄. dr̄ Et edēt carnes nocte illa aſſas igni ⁊ azimos panes. ex quo dicē nocte illa videt̄ ꝙ obligatio de azimis nō extēdebat ſe niſi p̄ma die ad veſperā qñ comedebātur carnes agni. ⁊ rō hui⁹ fuit q2 erāt in itinere poſiti ꝓpter qḋ nō erat eis ꝓhibitū comedere fermētatū ſi haberēt: niſi in veſpera imolatiōis agni vt dictū eſt. Multa eñi fuerūt eis licita tp̄e illius itineris que al's nō eēnt vt poſtea videbit̄ magis. q In die p̄mo ⁊c̄. prima dies hic accipit̄ ab hora ſeptima diei quartedecime in qua debebat amoueri oē fermentū ď domib⁹ hebreoꝝ añ horā ſeptimā eiuſdem diei: q2 extūc poterat imolari agnꝰ vt. s̄. dictum ē. vñ dr̄. ī. xxiij. ca. Non imolabis ſuꝑ fermentū ſanguinē victime tue. i. noli imolare agnū paſchalē de cui⁹ ſanguine debēt liniri poſtes oſtij fermēto exñte in domo tua. Ex quo p̄3 ꝙ añ tp̄s imolatiōis agni paſchal' debebat auferri fermentum.

r Quicūq̄ comederit ⁊c̄. Dicit aīa vt ꝑ hoc detur intelligere ꝙ ille q̄ erat carēs vſu rōnis ſi comederet fermētatū hāc penā nō incurreret.

s A p̄mo die vſq̄ ad ſeptimū. incluſiue ⁊ eſt dies ſeptimus ſucceſſiuus p̄mi menſis ⁊ loquit̄ de celebratione phaſe in annis ſequētibus vt dicit Ra. ſa.

t Dies p̄ma erit ſancta in cultu diuino ⁊ in amictu honeſto: ⁊ cibo delicato ſ̄m poſſibilitatem cuiuſlibet. vnde Nee. viij. dicitur. Comedite pinguia ⁊ bibite mulſum. dies eñi dn̄i ſanctus eſt.

v Nihil opis ⁊c̄. nō ſolū manib⁹ ꝓprijs ſed nec ꝑ man⁹ gentiliū licebat eis operari exceptis hīs que ad veſcendū ꝑtinēt. Talia eñi in ſolēnitate paſchali poterāt facere ⁊ illa que ad hec ſunt neceſſaria: ſicut accendere ignē. haurire aquā. ⁊ ſcindere ligna ⁊ ſilia. ſ3 ꝙ dicit Ra. ſa. excepta tm̄ die ſabbati: q2 ſi feſtū cadebat in die ſabbati nō licebat hoc fieri: ⁊ q̄̄tū ad hoc ſabbatū ſtricti⁹ ſeruabatur q̄̄ alia feſta. x Et cuſtodietꝭ dies ⁊c̄. Et ex hoc dicit Ra. ſa. ꝙ obligatio hui⁹ ꝑcepti fuit ſuſpēſa q̄̄diu filij iſrl̄ fuerūt in deſerto añ ingreſſum terre ꝓmiſſionis: nec fecerūt filij iſrl̄ aliqḋ phaſe poſt exitū de egypto niſi ſemel. ſ. āno ſcd̄o egreſſiōis de egypto. ⁊ iō dicit̄ hic. In generatiōes veſtras que intrabūt terrā ꝓmiſſiōis: q2 om̄s illi q̄ egreſſi ſunt de egypto mortui ſunt in deſerto p̄ter chaleb ⁊ ioſue. vt hr̄. Nu. xxvi. Nec mirandū ē ſi obligatio hui⁹ ꝑcepti fuit ſuſpēſa q̄̄diu fuerūt in itinere: q2 etiā ꝑceptū ď circūciſiōe fiēda octaua die qḋ fuit eis impoſitū ſub pena mortis: vt hr̄ Geñ. xvij. c. toto illo tp̄e fuit ſuſpēſum: q2 pueri illo tp̄e nati nō fuerūt circūciſi donec fuerūt in terra ꝓmiſſiōis: vt hr̄ Ioſue. v. a Septē dieb⁹ fermentatū nō iuenietur: q2 nō ſolū fuit ꝓhibitū comedere fermentatū ſed etiā in domo retinere. ⁊ iſtud fuit ꝑceptū ad memoriā ei⁹ ꝙ filij iſrl̄ exeūtes ď egypto nō poterāt fermētare ⁊ coacti ſunt azimis vti. b Qui comede. fer. peribit aīa ei⁹ de cetu iſrl̄ tā ď aduenis ⁊c̄. Aduene dicūt̄ qui erāt cōuerſi de gētilitate ad ritū iudeoꝝ.

c Uocauit aūt moyſes. Hic ꝯn̄ter mādatū dn̄i de agno paſchali diuulgat̄ ſenioribus ppl'i vt det̄ executiōi. vñ dr̄. d Ite tollentes aīal. In hebreo hr̄. Emite. accipite. ⁊ ē ſenſus q̄ h3 gregē inde accipiat. ⁊ q̄ nō h3 aīal. i. agnū ſi poſſit hr̄i vel hedū ſi nō poſſit: vt. s̄. dictū ē. ⁊ ad hoc denotādū dr̄ hic aīal in generali. e Faſciculūq̄ hyſopi ⁊c̄. q2 nō dixerat ſupra cū quo inſtr̄o deberēt liniri poſtes ſanguine agni. iō hic exprimit̄ ꝙ d3 fieri cū faſciculo hyſopi ⁊ ad hoc requirūtur tres calami ſimul ligati. f Qui eſt in limine. In hebreo habetur. In bacino. eſt eni3 vas argenteum in quo recipitur ſanguis agni immolati. ⁊ hoc exprimit̄ hic: q2 ſupra non fuerat expreſſu3 quo mō ſanguis debebat recipi: q2 tamē iſte bacin⁹ erat ꝓpe limen oſtij qñ debebat fieri aſꝑſio. iō forſitā trāſlator poſuit in limine. g Null⁹ v̄rm egrediat̄ ⁊c̄. iſtud fuit deñi eo ꝙ angel⁹ diſꝑdēs illa nocte trāſiuit ꝑ egyptū ꝓꝑ qḋ illud non fuit obſeruatū ſequētib⁹ alijs tp̄ib⁹: q2 tūc etiā cā ceſſauit.

b Et nō ſinet ꝑcuſſorē igredi. Ex quo p̄3 ꝙ iſta percuſſio nō fuit fcā imediate a deo ſ3 ꝑ angelū. Si aūt q̄rat̄ vtꝝ fuerit bon⁹ vl' mal⁹ āgel⁹. Dicēdū ꝙ nulli ē dubiū q̄n de⁹ potuerit facē ꝑ bonū vel malū angelu3 idifferēter. Legūt̄ etiā tales ꝑcuſſiones facte ꝑ bonos ⁊ malos angelos q2 de⁹ vtriſq̄ vtit̄ ad executionē ſue iuſticie. Subuerſio eñi ſodomoꝝ facta fuit ꝑ bonū angelū: vt dictum fuit Gene. xix. ca. qḋ p̄3 ex hoc ꝙ ille angel⁹ fuit aſſociat⁹ bono āgelo qui ſaluauit loth. fuit etia3 vnus de angelis ſanctis q̄ apparuerūt abrae Geñ. xviij. vnde dicūt hebrei ꝙ fuit Gabriel q̄ interp̄tat̄ fortitudo dei: vt ibidē dictū fuit. ꝑcuſſio aūt aīaliū ⁊ paſtoꝝ ⁊ liberoꝝ ipſi⁹ iob fuit ꝑ malū āgelū: vt p̄3 Iob. i. Uerūtm̄ volūt aliq̄ dicere ꝙ ꝑcuſſio egyptioꝝ fuit ꝑ bonū angelū: q2 ex diuina iuſticia angeli boni ꝑcutiūt malos ſicut mali angeli ex ꝑmiſſiōe dei flagellāt bonos: vt p̄3 ꝑ exempla poſita de ſubuerſione ſodomoꝝ ꝑ bonū ⁊ flagellatōe ſācti Iob ꝑ malū. Ad qḋ dicēdū ꝙ l3 exēpla poſita ſint vera. tm̄ illō qḋ dicūt nō ſemꝑ currit ſ3 aliqñ legūt̄ bōi ⁊ mali flagellari a malo angelo: ſic p̄3 de Saule. i. Re. xvi. ca. q̄ erat mal⁹ de q̊ dr̄. Spūs dn̄i receſſit a ſaul ⁊ exagitabat eū ſpūs nequā. Itē paul⁹ ap̄lus q̄ fuit ſanct⁹ a malo āgelo fuit flagellat⁹ ꝑut dr̄. ij. Coꝝ. xij. Dat⁹ ē mihi ſtimul⁹ carnis mee angel⁹ ſathane q̄ me colaphizet. Silr̄ legūtur boni ⁊ mali a bono angelo flagellari. De p̄mo hr̄ exēplū. ij. Regū xxiiij. c. de āgelo ꝑcutiēte ppl'm q̄ tm̄ erat inocēs ſ̄m qḋ dr̄ ibidē. iſti q̄ oues ſunt q̄d fecerūt. Qḋ aūt angel⁹ iſte eēt bon⁹ p̄3 ex h̄ ꝙ dauid edificauit altare in loco apparitiōis illi⁹ angeli: qḋ nō feciſſet ſi fuiſſet mal⁹ angel⁹. De ſcd̄o iam ſupra poſitū eſt exēplū ď ſubuerſione ſodomoꝝ ꝑ bonū angelū: ⁊ iō dictū eoꝝ nō h3 efficaciā. Dicēdū igit̄ ſine ꝑiudicio ꝙ ꝑcuſſio egyptioꝝ facta fuit ꝑ malū angelū: q2 h̄ magis vr̄ cōcordare ſcripture ſacre. dr̄ eñi p̄s. lxxvij. Miſit in eos irā indignationis ſue indignationē ⁊ irā ⁊ tribulationē immiſſiones ꝑ āgelos malos. ⁊ certū eſt ꝙ ſcriptura loquit̄ ibi de ꝑcuſſiōe egyptioꝝ: vt p̄3 ꝑ l̄ra3 ꝑcedētē ⁊ ſubſequentē. Hoc etiā vr̄ ꝑ h̄ qḋ hic dr̄ de dn̄o: ⁊ non ſinet ꝑcuſſore3 ingredi domos v̄ras ⁊ ledere. ꝑ qḋ vr̄ l̄ra īnuere ꝙ angel⁹ ꝑcuſſor libēter itraſſ3 ⁊ percuſſiſſet hebreos ſi fuiſſet a deo ꝑmiſſus: ⁊ ſic vr̄ ꝙ fuerit mal⁹ angelus.

i Cūq̄ introieritꭍ ⁊c̄. Ex hoc vr̄ veꝝ qḋ ꝑdictū ē. ſ. ꝙ filij iſrl̄ p⁹ exitū ď egypto nō fuerūt obligati obſeruare cerimōias paſchales q̊uſq̄ venerāt ad terrā ꝓmiſſionis. ſequit̄.

k Incuruatuſq̄ ppl'us adorauit. reddendo deo gr̄as ď tanto bn̄ficio.

l Et egreſſi filij iſrl̄ fecerūt ⁊c̄. Ex q̊ p̄3 obediētia eoꝝ ad deū ⁊ ad moyſen.

m Factū ē autē. Poſtq̄ deſcripta fuerat plage decime cōminatio ⁊ interpoſita fuerat paſchal' obſeruatio. Hic ꝯn̄r ſubiūgit̄ ꝑdicte plage inflictio cu3 dr̄. Factū ē aūt ī noctꭍ medio. ſ. illi⁹ noctꭍ in cui⁹ veſpera filij iſrl̄ imolauerāt agnū paſchalē. n Percuſſit dn̄s oē ⁊c̄. s̄. xi. c. dictū fuit. Uſq̄ ad ꝓgenitū ācille que erat ad molā. ⁊ idē ē: q2 captiui ⁊ captiue cogebāt̄ oꝑari ī carcerib⁹

o Neq̄ eñi erat domus ⁊c̄. q2 deo ordināte ſic acciderat ꝙ in q̄lib3 domo egyptioꝝ erat aliq̊s ꝓgenitus.

a Uocatiſq̄. Hic conſequēter deſcribit̄ ppl'i iſrl̄ eductio de terra egypti: ⁊ p̊ deſcribit̄ receſſus ppl'i: ⁊ ſcd̄o eiuſdē ꝓceſſus. xiij c. ibi. Igit̄ cum emiſiſſet. Adhuc circa p̄mū ꝑmittitur receſſus populi. ſecundo ſubduntur quedam mandata dei: ibi. Dixit dn̄s ad moyſen. Circa p̄mū dicit̄ ſic. a Uocatiſq̄ pharao moyſe ⁊ aaron nocte. p2e timore. n. mortis nō expectauit diē. b Ait per nūcios miſſos moyſi ⁊ aaron: q2. s̄. x. c. dixerat moyſes ꝙ ei⁹ faciē ampli⁹ nō videret. c Surgite egredimini. nō tm̄ egreſſi ſunt ď nocte: q2 ꝑceptū eis erat vt nō egrederētur oſtiū dom⁹ vſq̄ mane: vt ꝑdictū ē: tm̄ añ diē ꝑparauerūt ſe ad egreſſu3. d Et abeūtes bn̄dicite mihi. i. orate ꝓ me vt nō moriar in iſta peſte. e Urgebātq̄ egyptij. timore mortis ducti: q2 ex morte ꝓgenitoꝝ timebāt ſibi. f Tulit igit̄ ppl's cōſꝑſam farinā. ꝑ aque cōmixtionē. vñ in hebreo hr̄. Paſtā. g Dn̄s aūt dedit ⁊c̄. Ex q̊ p̄3 ꝙ acceperūt iſta ab egyptijs ꝑ accōmodationē ⁊ nō ex dono: vt. s̄. dictū ē. iij. ca.

b Et ſpoliauerūt egyptios. nec ī h̄ peccauerūt vt dictū fuit ibidē. ſequit̄.

i S3 ⁊ vulg⁹ ꝓmiſcuū. i. vtriuſq̄ ſex⁹: q2 multi de egyptijs viri ⁊ mulieres vidētes ea q̄ dn̄s fecerat ꝓ hebreis iūxerūt ſe eis cōuerſi ad iudaiſmū ⁊ ſic iuerūt cū eis. k Coxerūtq̄ farinā. In hebreo dr̄ paſtā. l Habitatio aūt filioꝝ ⁊c̄. nō ſ̄m totū tp̄s qḋ ſubdit̄: ſ3 ſ̄m partē magnā a qua frequēter denominat̄ totū. m Fuit quadringētoꝝ. xxx. annoꝝ. nō. n. pōt eē verum ꝙ a deſcēſu iacob in egyptu3 vſq̄ ad exitū filioꝝ iſrl̄ de egypto

---

eius ⁊ inteſtinis vorabitis nec[a] remanebit quicq̄3 ex eo vſq̄3 mane Si quid reſiduū fuerit: igne cōburetis. Sic[b] aūt comedetis illū Renes[c] ueſtros accingetis ⁊ calciamēta habebitis in pedib⁹: tenētes baculos in manibus: ⁊[d] comedetis feſtināter. Eſt[e] eñi phaſe id eſt trāſitus dn̄i. Et trāſibo ꝑ terra3 egypti nocte illa ꝑcutiāq̄3 oē primogenitu3 in terra egypti ab hoīe uſq̄3 ad pecus: ⁊[f] in cunctis dijs egypti faciam iudicia ego[g] dn̄s. Erit[h] aūt ſanguis vobis in ſignu3 in ed[illegible]bus in quibus eritis: ⁊[i] uidebo ſanguinē ⁊ trāſibo[k] uos: nec[l] erit in uobis plaga diſperdēs qñ ꝑcuſſero terrā egypti. Habebitis[m] aūt hūc die3 in monimentū ⁊[n] celebrabitis eā ſolēnē dn̄o in generatiōibus ueſtris cultu[o] ſempiterno. Septē[p] dieb⁹ azima comedetis. In[q] die primo nō erit fermentū in domib⁹ v̄ris. Quicūq̄3[r] comederit fermētatū peribit aīa illa de iſrl̄ a[s] primo die uſq̄3 ad diē ſeptimū. Dies[t] p̄ma erit ſancta atq̄3 ſolēnis: ⁊ dies ſeptima eadē feſtiuitate uenerabilis. Nihil[v] opis facietis in eis exceptis his que ad veſcendū pertinent: ⁊ obſeruabitis azima. In eadem eñi ip̄a die educā exercitu3 veſtrū de terra egypti ⁊[x] cuſtodietis diem iſtū in generationes veſtras ritu perpetuo. Primo mēſe quartadecima die mēſis ad veſperā comedetis azima. vſq̄3 ad diem viceſimāprimā eiuſdē menſis ad ueſpera3. Septe3[a] diebus fermētatū non inuenietur in domibus v̄ris. Qui[b] comederit fermētatu3 ꝑibit aīa eius de cetu iſrael tam de aduenis q̄3 de indigenis terre. Omne fermentatū non comedetis. In cūctis habitaculis veſtris edetis azima. Uocauit[c] aūt moyſes omnes ſeniores filiorum iſrl̄ ⁊ dixit ad eos. Ite[d] tollētes aīal ꝑ familias v̄ras ⁊ imolate phaſe. Faſciculūq̄3[e] hyſopi tingite in ſanguine: qui[f] ē in limine et aſꝑgite ex eo ſuperliminare et utrūq̄3 poſte3. Nullus[g] ueſtrum egrediatur oſtiū domus ſue uſq̄3 mane. Trāſibit eñi dn̄s percutiens egyptios. Cūq̄3 uiderit ſanguinē in ſuperliminari ⁊ in utroq̄3 poſte: trāſcendet oſtiū domus Et[h] nō ſinet percuſſorē ingredi domos ueſtras ⁊ ledere. Cuſtodi uerbū iſtud legitimū tibi ⁊ filijs tuis uſq̄3 in eternū. Cūq̄3[i] itroieritis terrā quā dn̄s deus datur⁹ eſt uobis ut pollicitus eſt: obſeruabitis cerimonias iſtas. Et cu3 dixerint uobis filij ueſtri: que eſt iſta religio: dicetis eis. Uictima trāſitus dn̄i eſt qñ trāſiuit ſuꝑ domos filioꝝ iſrl̄ in egypto: percutiens egyptios: ⁊ domos noſtras liberās. Incuruatuſq̄3[k] populus adorauit. Et[l] egreſſi filij iſrl̄ fecerūt ſicut preceperat dn̄s moyſi et aaron. Factū[m] ē aūt in noctis medio: percuſſit[n] dn̄s oē primogenitū in terra egypti: a primogenito pharaonis qui in ſolio eius ſedebat: uſq̄3 ad primogenitū captiue qui erat in carcere: ⁊ oē primogenitu3 iumentoꝝ. Surrexitq̄3 pharao nocte ⁊ oēs ſerui eius cūctaq̄3 egyptus: ⁊ ortus ē clamor magnus in egypto. Neq̄3[o] eni3 erat dom⁹ in qua nō iaceret mortu⁹. Uocatiſq̄3[a] pharao moyſe ⁊ aarō nocte ait[b]. Surgite[c] egredimini a ppl'o meo uos ⁊ filij iſrl̄ Ite ⁊ imolate dn̄o ſicut dicitis: oues ueſtras ⁊ armenta aſſumite ut petieratis: ⁊[d] abeuntes benedicite mihi. Urgebantq̄3[e] egyptij ppl'm iſrl̄ de terra exire uelociter dicētes. Oēs moriemur. Tulit[f] igit̄ ppl's cōſꝑſa3 farinā añq̄3 fermentaret̄ ⁊ ligās in pallijs poſuit ſuꝑ humeros ſuos. Fecerūtq̄3 filij iſrl̄ ſicut ꝑceꝑat dn̄s moyſi: ⁊ petierūt ab e[illegible] uaſa argentea ⁊ aurea: ueſtemq̄3 plurima3. Dn̄s[g] aūt dedit gr̄a3 ppl'o cora3 egyptijs ut cōmodarent eis: ⁊[h] ſpoliauerūt egyptios. Profectiq̄3 ſūt filij iſrl̄ ď ramaſſe ī ſochot ſexcenta fere milia peditum uirorum abſq̄3 paruulis ⁊ mulierib⁹. Sed[i] et vulgus promiſcuu3 innumerabile aſcendit cū eis: oues ⁊ armenta: ⁊ animātia diuerſi generis multa nimis. Coxerūtq̄3[k] farinam quā dudū ď egypto ꝯſꝑſā tulerāt ⁊ fecerūt ſubcinericios panes azimos. Neq̄3 eñi poterāt fermētari cogētib⁹ exire egyptijs ⁊ nullā facere ſinētibus morā nec pulmēti q̄cq̄3 occurrerat ꝑparare. Habitatio[l] aūt filioꝝ iſrl̄ qua manſerūt in egypto fuit[m] q̄dringētoꝝ





Universidad de Salamanca. BGH

fluxerūt.ccccxxx.ānī.qḋ ꝓbaṫ ſic. Chaath deſcendit in egyptū cū leui pr̄e ſuo: ⁊ iacob auo ſuo: vt hr̄ Gen̄.xlvi.ca. Itē chaath vixit centū.xxxiij.annis. ⁊ amrā filiꝰ eiꝰ centū.xxxvij. vt hr̄ Exo.vi. Itē Moyſes filiꝰ amrā erat.lxxx.annoꝝ in exitu de egypto: vt hr̄ Exo.vij. qui anni ſiṫ cōiūcti faciunt.cccl.annos tm̄: ⁊ adhuc ſi voluimꝰ hr̄e pāſe numeꝝ annoꝝ a principio deſcenſus in egyptum vſqꝫ ad exitū oportet ſubtrahere a predicṫ.cccl.annis oēs ānos quibꝰ vixit chaath anteq̄ꝫ deſcēderet in egyptū: ⁊ ānos q̄bꝰ vixit poſtq̄ꝫ genuit amrā: ⁊ ānos q̄bꝰ vixit amrā poſtq̄ꝫ genuit moyſē. Ex q̄ pꝫ ꝙ n̄ māſerūt i egypto ccccxxx.annis. ſed iſte numerꝰ incipiendꝰ ē ſm̄ doctores catholicos a tēpe q̄ abraā receſſit de haraꝫ ad veniendū in terrā chanaan in qua ipē ⁊ filij eiꝰ habitauerūt vt peregrini vſqꝫ ad deſcenſuꝫ in egyptū: ⁊ ſic exponēduꝫ ē qḋ dr̄. Habitatio aūt filioꝝ iſrl' q̄ māſerāt i egypto .ſ. cū illo tpe q̄ māſerūt i tra chanaā ⁊ egypti ⁊ philiſtinoꝝ vt p̄egrini fuit.ccccxxx.an. ⁊ iō tota manſio denominatur ab egypto: quia fuit diuturnior ⁊ vltima ⁊ a fine denominatur res. ſm̄ hebreos incipit ab illo tpe quo dn̄s apparuit abrae dicēs ei. Peregrinū erit ſemen tuū in terra nō ſua annis.cccc. vt hr̄ Gen̄.xv. ſꝫ vtrūqꝫ dictū vr̄ repugnare ei qḋ dictū fuit Gen̄.xv. ca.ſ. ꝙ a natiuitate yſaac vſqꝫ ad exitū de egypto fluxerūt.cccc.anni.qꝛ yſaac erat.lx.annoꝝ qn̄ natꝰ fuit iacob Gen̄.xxv. iacob aūt erat.cxxx.annoꝝ qn̄ deſcēdit i egyptū. gen̄.xlvi. ⁊ inde vſqꝫ ad exitū de egypto fluxerūt.ccx.anni q̄ āni ſiṫ iūcti faciūt annos.cccc. ſꝫ inter natiuitatē yſaac ⁊ exitū abrae de Harā fuerūt tm̄.xxv. anni. qḋ ꝓbaṫ ſic: qꝛ abraā.lxxv.ānoꝝ erat qn̄ exiuit de harā: vt hr̄ Gen̄.xij. ⁊ centū ānoꝝ qn̄ natꝰ ē yſaac Gen̄.xxi. ⁊ ſic d̄ numero p̄dicto.ſ.ccccxxx annoꝝ deficiūt anni q̄nqꝫ ſm̄ dictū doctoꝝ nr̄oꝝ: ⁊ ſm̄ dictū hebreoꝝ deficiūt adhuc plures: qꝛ poſt exitū abrae de harā ꝑ plures ānos illa apparitio fuit facta ſibi: qꝛ tpe intermedio venit in terrā chanaan: ⁊ inde iuit in egyptū: ⁊ rediit in terrā chanaā: ⁊ ſeparauit ſe a loth ⁊ reges debellauit: vt pꝫ īſpicienti tex. Dicēdū ꝙ iſte numerꝰ .ſ.ccccxxv.annoꝝ accipiṫ ꝑ ptes qꝛ colligiṫ ex ānis plurū hoiuꝫ ſiṫ aggregatis vt pꝫ ex dictis. in talibꝰ aūt numeris ꝑtialibꝰ numerātur tm̄ anni cōpleti ⁊ diminūtur icōpleti: verbi grā cū dr̄.lxxv.annoꝝ erat abraā qn̄ egreſſus eſt de harā. intelligēdū.lxxv annoꝝ cōpletoꝝ ⁊ dimittiṫ ſeptuageſimuſſextus: qꝛ erat incōpletus: lꝫ forte tres partes illiꝰ āni trāſiſſent. ⁊ eodē mō in alijs numeris ꝑtialibꝰ q̄ fuerūt plures forte q̄ꝫ ſupra ſit expreſſum: ita ꝙ talis omiſſio annoꝝ incōpletoꝝ bn̄ aſcēdit ad.v.annos cōpletos qui ſuppleṫ in numero totali.ccccxxx annoꝝ: ⁊ ſic verificaṫ dictū doctoꝝ nr̄oꝝ. de verificatiōe aūt dicti hebreorū ad p̄ns ſupſedeo. n Quibꝰ expletis ea.die egreſ.eſt. li eadē die: nō referṫ ad ingreſſuꝫ egypti. ita ꝙ eadē dies reuolutis tm̄ annis p̄dictis fuerit ingreſſus ⁊ exitus: ſed referṫ ad egredietes: qꝛ oēs ſiṫ egreſſi ſunt eadē die qḋ fuit ſatis mirabile in tanta multitudine: ⁊ iō tenendū ꝙ fuerit ſpeciali dei adiutorio: qḋ factū eſt: qꝛ illi q̄ remāſiſſent poſt alios fuiſſent i periculo. o Nox iſta obſeruabilis dn̄i.i. deputata diuino cultui qn̄ eduxit eos de terra egypti. Hoc dr̄ nō qꝛ de nocte exiuerint ſꝫ de die vt predictū eſt: ſꝫ qꝛ in nocte illa p̄parauerūt ſe ad exeūdū: vt pꝫ ex p̄dicṫ. p Dixitqꝫ dn̄s ad moyſē. Hic iterponūtur aliqua dei p̄cepta: ⁊ p̄mo q̄ꝫtū ad paſce celebrationē. ſcḋo q̄ꝫtū ad p̄mogenitoꝝ ſanctificationē.xiij.c. Circa primū dr̄. q Hec eſt religio phaſe. religio dr̄ a religādo: qꝛ ꝑ cultū diuinū hoies religātur deo: ꝓpter qḋ cultus feſtiuitatis paſchalis vocatur religio. repetiṫ aūt hic iſte cultus paſchalis vt magis mentibus filioꝝ iſrl' imprimereṫ: ⁊ ut aliqua adderētur que nō ſunt ſuperius expꝛ̄ſſa. r Omnis alienigena nō comedet ex eo. vocaṫ hic alienigena oīs q̄ ē extra ritū iudeorū ſiue ſit gētilis ſiue iudeꝰ baptizatꝰ vt dicit Ra.ſa. ſicut ad eucharíſtiam nullus admittēdꝰ ē niſi catholicus. t Aduena ⁊ mercnō edēt ex eo. aduena dr̄ q̄ ex aliena gēte veniebat ad manendū inter iudeos. Mercenariꝰ dr̄ gentilis ſeruiens in domo iudei ꝑ mercede: ⁊ ne crederet ꝙ ꝓpter talē cohabitationē cū iudeis poſſent recipi ad eſuꝫ agni paſchalis. iō ſpāliter excludūtur: ⁊ hoc intelligiṫ q̄ꝫdiu extra fidē ⁊ ritū ſunt iudeoꝝ. s Omnis aūt ſeruus empticiꝰ circūcidetur ⁊ ſic comedet. Hoc dupliciter intelligitur ab hebreis. vno mō vt hoc referaṫ ad dn̄m ſerui ſic intelligendo ꝙ hebreus hn̄s ſeruū gentilē empticiū non poſſit comedere de agno paſchali donec ſeruus empticiꝰ fuerit circūciſus: qꝛ cū ſit quedā res dn̄i ſui ei iputari dꝫ defectus circūciſionis. Alio mō vt referatur ad ſeruuꝫ ſic itelligēdo ꝙ q̄ꝫq̄ꝫ ſit res dn̄i hebrei tn̄ ex hoc nō ē admittēdꝰ ad comeſtionem agni paſchalis donec fuerit circūciſus: ⁊ vtrūqꝫ requirebatur. De ſcḋo patꝫ qꝛ nullus incircūciſuṡ erat admittēdus. ſimiliṫ de primo ꝙ dn̄s nō debebat admitti donec oē maſculinuꝫ eius eēt circūciſuꝫ vt poſtea ſubdiṫ de trāſeūte ad coloniā iudeoꝝ. v In vna domo comedeṫ ⁊c̄. i. memoriam huius ꝙ quando primo comederūt agnuꝫ paſchalē filij iſrael erant in tantā ſolicitudine preparandi ſe ad exitum ꝙ non vacabat eis diſcurrere de domo in domū nec mittere enxenia adinuicem. x Nec os illius cōfringetis. eadē rōne: qꝛ non vacabat eis frāgere oſſa ad accipiendū medullā. y Omnis cetus filioꝝ iſrl' ⁊c̄. hoc non diciṫ collectiue ſed diuiſiue. i. quelibet domus per ſe niſi quādo domus ita parua eſt in perſonis ꝙ vna domus nō ſufficit ad eſum agni: qꝛ tūc adiūgūtur perſone de alia domo.

xxx.annoꝝ. Quibꝰ[n] expletis: eadē die egreſſus eſt oīs exercitus dn̄i de terra egypti. Nox[o] ē iſta obſeruabilis dn̄i qn̄ eduxit eos d̄ terra egypti. Hanc obſeruare debent oēs filij iſrl' i generatiōibꝰ ſuis. Dixitqꝫ[p] dn̄s ad moyſē ⁊ aarō. Hec[q] eſt religio phaſe. Omnis[r] alienigena nō comedet ex eo. Omnis[s] aūt ſeruꝰ empticius circūcidet: ⁊ ſic comedet. Aduena[t] ⁊ mercenarius nō edēt ex eo. In[v] vna domo comedeṫ: nec efferetis d̄ carnibus eius foras: nec[x] os illiꝰ cōfringetis. Omnis[y] cetus filioꝝ iſrl' faciet illud. Qḋ ſi quis[z] peregrinorūm ueſtram voluerit[a] tranſire coloniā ⁊ facere phaſe dn̄i: circūcidetur[b] prius oē maſculinū eius: ⁊ tūc rite celebrabit: eritqꝫ ſicut indigena terre. Si quis[d] autem circūciſus non fuerit: non veſcetur ex eo. Eadē lex erit indigene ⁊ colono qui peregrinatur apud uos. Fecerūtqꝫ oēs filij iſrl' ſicut p̄ceperat dn̄s moyſi ⁊ aaron: ⁊ eadē die eduxit dn̄s filios iſrael d̄ terra egypti per turmas ſuas.

z Qḋ ſi quis peregrinoꝝ ⁊c̄. i. illoꝝ qui nō ſunt de lege ⁊ ritu vr̄o.
a In veſtram voluerit tranſire coloniā. i. cultum ⁊ fidem.
b Circūcidetur prius omne maſculinū eius. nō. n. ſufficit ꝙ in perſona ſua ſolum circūcidatur ad hoc qḋ admittatur ad eſum agni ſed oēs maſculi ad eū pertinētes debent prius circūcidi: ⁊ hm̄ mō p̄ceptū circūciſionis datū fuit abrae: vt habetur Gen̄.xvij.cap.
c Eritqꝫ ſicut indigena terre. Indigena eſt ille qui natus eſt in terra illa. ⁊ per hoc intelligiṫ hic quicūqꝫ eſt de ppl'o iſrael.
d Si quis aūt circūciſus nō fu. non ve. ex eo. iſta lex non eſt ad excludendū gentiles incircūciſos qui iā ſupra ſunt excluſi: ſed ad excludendū filios iſrl' qui timore infirmitatis vel mortis nō erāt circūciſi: qꝛ aliqui iudei nimis inordiate amātes pueros ſuos dimittebant eos incircūciſos: timentes ne ex circūciſione mors vel infirmitas eis accideret: ⁊ iſti nō debebāt aſcendere ad eſū agni q̄ꝫuis in alijs eſſent iudei. Cetera patent.

In capi.xij. vbi dicitur in poſtilla. Mēſis iſte. ſcilicet martius qui apud hebreos vocatur niſan ⁊c.

Additio.i.

Menſis qui apud hebreos vocaṫ niſan: ꝓprie loquēdo non eſt martius noſter nec aprilis: nā cum ipi computāt menſes ꝑ lunatiōes raro cōtingit ꝙ prima dies lune concurrat cū prima die martij: ſed frequēter ⁊ vt i pluribꝰ venit i alijs diebus ſequētibus primā diem martij: ex quo ſequiṫ ꝙ menſis niſan cōcurrit frequēter ⁊ vt plurimū cū aprili ſm̄ aliquā pteꝫ ſui: vn̄ opinio doctorum catholicoꝝ dicentiū aprilē eſſe primū menſem apud hebreos vera eſt ſm̄ ſanū intellectū. ſ. vt frequēter ⁊ vt i pluribus menſis aprilis cōcurrit cū primo menſe apud hebreos ſcḋꝫ aliquā ptem ſui: ⁊ de hoc multum inquirere magis videtur curioſum q̄ꝫ vtile cū ad expoſitionem lr̄e hoc nō ſit neceſſarium ſcire: ſꝫ quod magis videtur hic conſiderandū ſeu inquirendū eſt hoc qḋ diciṫ: menſis iſte erit vobis principiū menſiuꝫ: vr̄ em̄ contradicere huic quod dr̄ infra Exodi.xxiij. vbi de tribus ſolēnitatibus agitur: ibi em̄ hr̄ ꝙ ſolēnitas tertia. ſ. tabernaculoꝝ que cōuenit in menſe ſeptembri eſt in exitu anni: dicit. n. ſic. Solēnitatē quoqꝫ ſupple cuſtodies in exitu anni qn̄ cōgregaueris omēs fruges tuas de agro. vn̄ qꝛ cum annꝰ eſt circularis ipius exitus habet attingere ſuū principiū ſequitur ꝙ p̄incipiū anni eſt in menſe ſeptēbri quādo cōgregātur fruges de agro: nō autem in menſe martio qui eſt menſis nouarū frugū: hoc idem patet infra Exo.xxxiiij. vbi de ſolēnitate tabernaculoꝝ dicit. Qn̄ redeunte anni tpe cuncta cōduntur q̄ pꝫ ꝙ tpe q̄ cūcta ꝯdūṫ qḋ ē fere i mēſe ſeptēbri: tūc ē reditꝰ anni. ſ. ad ſuū p̄ncipiū. Ad cuiꝰ declarationē q̄rēdā ſūt tria attēdēda. p̄mū. ſ. ꝙ lꝫ iter hebreos ſit diſceptatio de menſe quo creatꝰ eſt mūdus. an. ſ. eſt ille in quo cōiter eſt equinoctiū vernale qui eſt martiꝰ apud nos: vel ille in quo ē equinoctiū autūnale qui apud nos ē ſeptember nūq̄ꝫ tn̄ legitur in ſcripturis ſacris ꝙ hebrei aliqn̄ cōputauerint a creatione mūdi: vt patet diſcurrendo per totam bibliam ſed potius inuenitur ꝙ cōputatio cōis ante legē erat ſūpta ab etate hominū de quoꝝ geſtis principaliter agiṫ. cōſtat em̄ ꝙ diluuiuꝫ fuit vnū de maximis euentibus mūdi narratione dignus: ⁊ tn̄ cum in ſcriptura fit mentio de initio ipſius diluuij Gen̄.vij.ca. nō cōputat eū a creatiōe mūdi: qꝛ nō dicit. In tali anno poſt creationē mūdi cōtigit diluuiū ⁊c̄. ſed dicit. In anno vite ipſius noe ⁊ menſe ſecūdo: cōputando a vita ipſius noe non autem a mundi creatione. Similiter in alijs geſtis quibuſcūqꝫ vbi de tēpoꝝ cōmutatōe agitur nūq̄ꝫ fit mentio de creatione mundi. Cuius ratio videṫ eſſe: nā lꝫ mūdum fuiſſe creatū a deo habeamus certitudinaliter per fideꝫ in ſacra ſcriptura cōtentam: ꝓ cuius fidei preſtatione ſeptem dies hebdomade nō habebant nomina ꝓpria ſicut apud gentes ſꝫ denominabātur ⁊ numerabātur a ſabbato in quo beneficiū creatōis recolitur: ⁊ hoc dicendo p̄ma ſabbati ſcḋa ſabbati: nō tn̄ ex tali fidei certitudine habemꝰ mūdum fuiſſe creatū in tali menſe vel in tali: ⁊ ideo de hoc inueniūtur diuerſe opiniones ſine fidei p̄iudicio. vnde in hoc qḋ dicitur. Menſis iſte eſt vobis principiū. nō eſt arguendū ꝙ antea populus iſrael habuiſſet aliū menſem ꝓ p̄mo cū nullū talē haberent: ſꝫ ex hoc datur intelligi ꝙ modo dabatur eis ordo cōputandi menſes annoꝝ. ſ. vt ſumerent initiū ab illo menſe p̄mo vernali ꝓpter beneficiū redemptiōis. ſcḋo ne equiuoce procedatur in noībus menſium: attendendū eſt ꝙ apud hebreos antiquos menſes nominabanṫ ſm̄ ordinē numeralem tm̄. ſ. p̄mus menſis: ſecūdus menſis ⁊c̄. ſine aliquo noīe ꝓprio: ⁊ hoc durauit inter eos vſqꝫ ad captiuitatem babylonicā: vbi per cōuerſationem cuꝫ Chaldeis receperūt nomina chaldaica menſium: ſm̄ quā cōputationē p̄mus menſis. ſ. nouarū frugū in quo paſcha celebratur: qui etiā cōcurrit ſm̄ partes cū martio ⁊ aprili: vt dictū ē vocatur niſan chaldaice. ſiliter menſis ſeptimus in quo feſtum tabernaculoꝝ celebraṫ qui etiā cōcurrit cū menſe ſeptembris ⁊ octobris ſm̄ partes vocatur Tiſeri: chaldaice: ⁊ hoc eſt manifeſte verū qꝛ in tota ſacra ſcriptura nō inueniūtur iſta noīa noua menſiū ante predictā captiuitatem: ſed poſt. ſ. in libris Eſdre: Heſter: ⁊ Mach. vnde doctores antiqui hebreoꝝ dicūt ꝙ noīa menſium aſcenderūt cum eis d̄ babylonia. ad quā variationē noīationis menſiū aſſignāt cauſaꝫ ſatis rationabilē. Dicūt em̄ ꝙ ſicut ob memoriam redēptiōis egyptiace receperūt menſes p̄ncipiū ⁊ noīationē a mēſe in quo fuerūt redēpti: vt dictū eſt. ⁊ ita in qualibet nominatione cuiuſcūqꝫ mēſis implicabaṫ memoria ipſius redēptionis dicēdo primus ſcḋs ⁊c̄. pari ratione poſt redemptionē a babylonica captiuitate vt etiaꝫ facerent mentionē de ſcḋa redēptione acceperūt noīa chaldaica ſupaddita noībus numeralibus predictis: vt pꝫ Heſter.ij. vbi dr̄. In menſe decimo ipſe eſt menſis Thebeth. ⁊ Heſter.iij. dr̄. In menſe duodecimo ipſe eſt menſis adar. Thebeth autē ⁊ Adar ſunt nomina chaldaica. vnde per iſtā ꝯputationē ſic cōpoſitā implicabaṫ memoria vtriuſqꝫ redēptionis. ſ. egyptiace in hoc ꝙ fiebat cōputatio a primo menſe in quo fuerat redēptio p̄ma ⁊ p̄ncipalis eis fcā. Siliṫ implicabatur memoria redemptionis babylonice inquātuꝫ ſuperaddebant noībus menſiū numeralibus predictis noīa chaldaica que de nouo receperant per cōuerſationē cuꝫ chaldeis. q. d. Sup flumina babylonis ſedimus: ⁊ inde dn̄s nos liberauit. Et notandū ꝙ alia noīa quorūdā mēſiū que qn̄qꝫ legūtur in ſcripturis: vt cū dicitur.iij.reg.viij. de menſe ſeptimo ꝙ eſt menſis Ethanim. ⁊ ſic de alijs paucis que inueniūtur nō fuerūt noīa cōīa apud totum ppl'm. vnde nec remanſerūt inter eos tales noīationes ſicut predicte chaldaice ⁊ numerales noīationes: vt dictū eſt. Tercio vero ad ꝓpoſitū ſciendum eſt ꝙ duo p̄ncipia annoꝝ diuerſa apud hebreos eſſe ex ſacra ſcriptura cōprobāṫ: quoꝝ vnū eſt principiū mēſis p̄mi qui erat menſis primꝰ: vt in hoc ca. cōtineṫ a quo principio ſolēnitates cōputabāṫ: qꝛ in menſe tercio. ſ. a p̄mo fiebat feſtū hebdomadaꝝ: ⁊ in menſe ſeptimo feſtuꝫ tubaꝝ. Siliṫ ab iſto p̄ncipio ꝯputabātur magna facta que cōtingebāt vt edificatio templi ꝑ ſalomonem. de qua.iij. Reg.vi.ca. dicitur. Factū igitur eſt.cccclxxx. āno egreſſionis filioꝝ iſrl' de terra egypti ⁊c̄. Edificauit ſalomon domū dn̄i. Secūdum vero principiū eſt i mēſe ſeptimo qn̄ redeunte anni tpe cūcta ꝯdūtur ꝓut diciṫ infra Exo.xxxiiij. ab iſto em̄ p̄ncipio cōputabātur anni qui pertinebāt ad ſabbatū terre: de quibus Leui.xxv. Sex annis ſeres agruꝫ tuū ⁊c̄. ſeptimo autē anno ſabbatū erit terre requietionis dn̄i a quo. ſ. p̄ncipio etiam cōputabaṫ annus iubileꝰ qui poſt ſeptē hebdomadas annoꝝ celebrabaṫ. vnde ibidem dicitur. Numerabis quoqꝫ tibi octo hebdomadas annoꝝ ⁊c̄. ⁊ ſequiṫ. Sanctificabis annū quinquageſimū ⁊ vocabiṫ remiſſionē cūctis habitatoribus terre. ⁊ ipſe. n. eſt iubileus. Qḋ autē hec cōputatio iubilei habeat principiū nō in menſe p̄mo ſed in menſe ſeptimo ibidē oſtendiṫ cū dr̄. Clāges buccina in menſe ſeptimo ⁊ decima die menſis in die ꝓpiciatiōis ⁊c̄. Ratio aūt quare hec cōputatio ſabbatoꝝ terre n̄ ſumebat principiū a primo menſe aſſignaṫ a doctoribus hebreoꝝ talis. Nam in ſeptimo anno cuiuſlibet hebdomade nō licebat terere agros neqꝫ colligere niſi ea que ſpōte naſcebātur: ⁊ ipa erāt cōia oībus hoībus pecoribus ⁊ iumentis ⁊ hmōi: vt in ca. p̄dicto Leui. hr̄. vnde ſi talis cōputatio inciperet a menſe primo: illa que in eodē menſe naſcerētur ſeminata in precedenti anno non colligerētur a ſuo dn̄o tanq̄ꝫ ꝓpria ſed eſſent cōia. ſimiliter in autūno ⁊ hyeme ſequētibus eiuſdē anni nō licebat ſeminare aliquid cum eēt in anno ſabbati: ⁊ ſic duo fructus eſſent impediti in qualibet hebdomada annoꝝ qḋ valde difficulṫ poſſet ſupportari: ſed cuꝫ initium hmōi cōputationis ſumebaṫ in menſe ſeptimo fructus huiꝰ anni tm̄ erat ſub ſabbato: qḋ erat magis tolerabile.

In eo.ca.xij. vbi dicitur in poſtilla. Ex iſta lr̄a ⁊ ea que ſequitur infra. Iuxta quē ritū tolletis ⁊ hedum: ⁊ ſeruabitis eum vſqꝫ ad decimāquartam diem ⁊c.

Additio.ij.

b Ec immolatio paſchalis ſm̄ hebreos doctores precipuos de agno debebat fieri nō autē de hedo. qḋ cōgruit tam cauſe lr̄alis huiꝰ ſacrificij q̄ꝫ etiā figurali. p̄mū patet. Nam ſꝫ ra. Moy. gerūden. ⁊ alios p̄cipiebaṫ agnus occidi in p̄mo menſe: qꝛ ſignū arietis eſt tunc in potiſſimo ſuo ſtatu: ⁊ tūc ſol eſt cōiter in eodem ſigno. ⁊ qꝛ egyptij arietē venerabātur in hoc deus volebat oſ̄dere ꝙ nō ſoluꝫ egyptios ſed etiā deos eoꝝ iudicabat. vnde infra eodē ca. Et in cūctis dijs egypti faciam iudicia: que q̄dē rō nō haberet locū in hedo. hedus. n. hꝫ ſignū ꝓpriū nō in ariete: ſed in capricorno: qḋ eſt decimū ſignū in quo ſol eſt cōiṫ in decimo menſe cōputando a p̄mo. Scḋm pꝫ. ſ. ꝙ ſm̄ ratione figuralem: naꝫ chriſtus in ſua paſſione per agnū ſignificatur nō ꝑ hedū tā apḋ ꝓphas: vt Eſa.liij. Tanq̄ꝫ agnꝰ corā tondente ⁊c̄. q̄ꝫ apud plꝰ q̄ꝫ ꝓpham. ſ. Iohānem baptiſtā qui chriſtū oſtēdens ⁊ ſuam paſſionem p̄noſticās dixit. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Ioh.i.ca. Chriſtus etiā de extremo iudicio loquēs vbi iuſti ſeparabūtur ab iiuſtis per agnos iuſtos per hedos iniuſtos ſignificauit Math.xxv.ca. Valde igiṫ incōſonū eſſet rōne figurali huiꝰ ſacrificij ꝙ hedꝰ immolareṫ. Qḋ autē in trāſlatione nr̄a habeaṫ. Iuxta quē ritū tolletis hedū: nō cōſonat hebraice veritati: veritaṫ em̄ hebraica hꝫ. De arietibꝰ ⁊ capris accipietis eū ꝓut poſtillator dicit: ⁊ eſt ſenſus ꝙ agnus ille imolādus accipiēdus erat de aliquo grege i quo eēnt arietes ⁊ capre ꝓut cōiter ſolent aſſociari qḋ cōgruebat rei figurate: ille em̄ verus agnus qui mundi peccata abſtulit a iuſtis qui per agnos: ⁊ a peccatoribus qui per hedos denotantur deſcendit: ꝓut doctores tradunt Math.i. ⁊ Luce.iij. vbi de genealogia chriſti agiṫ. vn̄ ⁊ glo. ſuper illud Iuxta quē ritū ⁊c̄. qꝛ de iuſtis ⁊ peccōribꝰ chriſtꝰ carne aſſumpſit: vt nemo de venia deſparet. nec obſtat ꝙ aliqn̄ ꝑ hedū chriſtꝰ intelligi poſſit: vt. ī. Leuiti.xvi. de illo hyrco cuiꝰ ſors exijt dn̄o. Siliṫ ibidē de alio hyrco qui portabat oēs iniquitates ppl'i in terrā ſolitariā: qꝛ de his ⁊ ſilibꝰ intellexit chriſtꝰ ſm̄ ſilitudinē carnis peccati. vn̄ ⁊ in illis nō addiṫ ſine macula ſicut hic in agno paſchali. hic. n. figuraṫ chriſtus ſub ratiōe manſuetudinis ⁊ innocentie.

In eo.ca.xij. vbi dicitur in poſtilla. Habetis aūt. hic cōſequēter deſcribitur qualiter phaſe ſit celebrandum.

Additio.iij.

i Ste modus declarandi huiꝰ qḋ dr̄. Cultu ſempiterno quē ponit poſtillator. Aug. ponit ſub diſiūctione ꝓut poniṫ in gl. vbi ſic. Aut ergo ſic appellauit eternū ꝙ nō ſpōte audeat p̄termittere: aut nō ſigna reꝝ ſꝫ res que ſignificātur. Hec in glo. Uidendū ē ergo ſꝫ primū modū intelligēdi qui planior eſt quō pōt ſaluari ꝙ hoc p̄ceptū de paſche celebratiōe nō obliget ſempiternaliter ꝓut lr̄a ſonat. Ad qḋ ſciendū ꝙ in hebraica lr̄a vbi nos habemꝰ ſempiterno: poniṫ hec dictio holā: qḋ idē ſignificat ꝓprie qḋ apud nos hec dictio ſeculū. vn̄ ſenſus ꝓprius huiꝰ lr̄e in hebraico eſt. Celebrabitis hāc diem ſolēnem in generationibꝰ veſtris in ſeculū. Seculum aūt apud hebreos ſicut ⁊ apud nos Iannos poniṫ ꝓ quolibet ſpacio tpis determinātis alicuiꝰ vite durationē: vt infra



Universidad de Salamanca. BGH

## Capitulū. xiij.

Locutuſq; [a] eſt dñs ad Moyſen dicens: ſanctifica mihi omne primogenitū quod apit vuluā in filijs iſrael tā d: hoibuſ q̄; de iumētis. Mea [b] ſunt eñi oīa. Et [c] ait moyſes ad pplm. Mementote [d] diei huiꝰ i qua egreſſi eſtis d̄ egypto ⁊ d̄ domo ſeruitutis: qm̄ i manu forti eduxit vos dominus d̄ loco iſto: vt [e] non comedatis fermētatum panem. Hodie [f] egredimini mēſe nouarū frugū. Cūq; [g] introduxerit te dñs in terrā chananei ⁊ ethei: ⁊ amorrei: ⁊ euei: ⁊ iebuſei: quā [h] iurauit patribus tuis vt daret tibi terrā fluentē lacte et melle: celebrabitis [i] hunc morem ſacrorū menſe iſto. Septē dieb; veſceris azimis: ⁊ [k] in die ſeptimo erit ſolēnitas dñi. Azima comedetis ſeptē diebus. Nō [l] apparebit apud te aliquid fermentatum nec in cunctis finibus tuis. Narrabiſq; [m] filio tuo in die illo dicēs Hoc ē quod fecit mihi dñs quando egreſſus ſum de egypto. Et [n] erit quaſi ſignū in manu tua: ⁊ q̄ſi monimentū ante oculos tuos: et vt lex dñi ſemꝑ ſit in ore tuo. In manu.n. forti eduxit te dominus de egypto. Cuſtodies [o] huiuſcemodi cultum ſtatuto tp̄e a dieb⁹ in dies. Cūq; [p] itroduxerit te dñſ in terrā chananei: ſicut iurauit tibi ⁊ patribus tuis ⁊ dederit tibi eā: ſeparabis [q] omne quod apit vuluā dño: ⁊ [r] quod primitiuū ē in pecoribus tuis. Quicquid habueris maſculini ſexus: ꝯſecrabiſ dño. Primogenitū [s] aſini mutabis oue: quod ſi nō redemeriſ interficies. Omne [t] aūt primogenitū

dicitur. Et erit ei ſeruus vſq; in ſeculū. vbi li ſeculū nō ſignificat perpetuitatem ſeu eternitatem duratiōis ſimpliciter: ſed ſignificat totū ſpaciū vite illius ſerui qui per totā vitā ſuā debebat eſſe in ſeruitute. vnde ⁊ in ſcripturis ſacris duratio p̄ſentis vite vocatur ſeculū: ⁊ duratio future aliud ſeculum per ſe: ⁊ ſic intelligiſ illud pſ. Benedictꝰ dñs a ſeculo ⁊ vſq; in ſeculum. Similiter ⁊ in ſymbolo dicimus. Uitā venturi ſeculi. Qua rōe antiq̄ hebreorū totū tēpus durationis moſaice legis vnū ſeculū vocant ⁊ tp̄s meſſie aliud ſeculū ꝓpter diſtinctionē eoꝝ qui ad vitā ſpiritualē ptinēt i vtroq; ſeculo. vñ cū i p̄ceptis huiuſmodi p̄ſenti cerimonialibus abſeruādis addiſ. In ſclm: intelligi d; ꝓ toto ſpatio durationis legis moſaice que ē vſq; ad aliud ſeculum. ſ. ſeculū chriſti: ⁊ iſte ē modus reſpondendi ꝓpriꝰ hebreis cū de euacuatione cerimonialium in quibus ſepe diciſ ꝙ ſeruāda ſunt i ſeculum nō arguūt. ſ; ꝙ intelligitur ꝓ ſpacio durationis legis moſaice: qḋ ē quoddā ſeculū diſtictū a ſeculo cōprehēdēte ſpaciū durationis legis moſaice: q̄ quidē modus loquendi de duplici ſeculo cōiter teneſ etiā a talmudicis in varijs locis.

In eo. ca. xij. vbi diciſ ī poſtilla. Itē tollētes animal. In hebreo habetur. Emite accipite.

Additio. iiij.

i In hebreo in hoc loco non dicit. Accipite animal: ſ; eſt ibi quedā dictio que qñq; ſignificat ouem in ſingulari: qñq; oues in plurali: ⁊ qñq; ſignificat gregē. vñ gen̄. xxvij. ca. vbi d̄r. Uade ad gregem. poniſ eadē dictio ſicut hic: ⁊ eſt ſenſus ꝙ Moyſes monebat pplm habere gregē ſeu greges in quo ſolent eſſe arietes ⁊ capre: vt inde acciperent agnū paſchalē q̄ accipiēdus erat de grege in quo eſſent arieteſ ⁊ capre: vt dictū fuit. s̄. in eo. ca. additione. ij.

In eo. ca. xij. vbi d̄r in poſtilla. Hec eſt religio phaſe ⁊c̄.

Additio. v.

d Ratio que poniſ in hebreo in hoc loco vbi tranſlatio noſtra h;. Hec religio nō ſignificat ꝓprie religionē nec cultū: ſed cerimonium vel legitimū vt ſatis notū eſt ſciētibus ꝓprietateſ⁊ lingue: qḋ magis poſſet approp̄ari ritui paſchalꝭ feſtiuitatꝭ q̄ p̄cipue fuit figuratiuꝰ ⁊ ceſſauit veniente re figurata: ſicut ⁊ alia cerimonialia ⁊ legalia.

l Locutuſq; eſt dñs. Hic ꝯñr exprimiſ mādatū de ſanctificatiōe p̄mogenitoꝝ. ⁊ p̄mo moyſi iniūgitur. ſecundo ꝑ moyſen pplo d̄r: ibi. Et ait moyſes. Circa p̄mū cōſiderādū ꝙ ſanctificatio ꝓprie accepta eſt applicatio alicuꝰ ad diuina: ⁊ h̄ mō tribꝰ leui fuit dño ſanctificata. Alio mō accipiſ ſāctificatio magis large ꝓ redēptiōe eiꝰ qḋ eſt dño obligatū: ⁊ ſic accipiſ hic: q: p̄mogenita debebāt redimi ꝑ p̄ciū datū ſacerdoti: cuiꝰ rō ſubdiſ. b Mea ſunt eñi oīa. Ex hoc eñi ꝙ deꝰ p̄cuſſit p̄mogenita egyptioꝝ ſaluās p̄mogenita hebreorū: p̄mogenita hebreoꝝ fuerūt ſibi obligata. c Et ait moyſes ad pplm. Hic ꝯñr moyſes denūciat pplo p̄dictū mādatū: p̄mittit tñ aliqua de ſolēnitate paſchali. ſcḋo ſubdit de ſanctificatiōe p̄mogeniti: ibi. Cūq; introduxerit. Circa p̄mū d̄r. d Mementote diei huiꝰ. i. ſolēnitatis paſchalꝭ in qua ingreſſi eſtis. ſ. xv. die mēſis p̄mi. e Ut nō comedatis fer. panē. ſeptē diebus: vt p̄dictū ē. ⁊ dicit ra. Sa. ꝙ p̄ceptū nō obligat ad comedēdū azima niſi p̄ma die qñ comedebaſ agnꝰ: ſ; ſufficit in alijs diebꝰ abſtinere a fermēto ⁊ fermētato. f Hodie egredimini menſe nouarū frugū qḋ eſt tp̄s valde aptū ad ambulādū. ⁊ d̄r Nouaꝝ frugū: q: in illo mēſe fiebat oblatio de p̄mitijs nouoꝝ fructuū. g Cūq; introduxerit te dñs i

ꝓ premio: ſm̄ ꝙ d̄r Jo. xvij. ca. Hec eſt vita eterna. Sciēdū tñ ꝙ l; viſio diuine eſſentie nō fuerit hic cōceſſa moyſi: tñ al's fuit ſibi cōceſſa in vita p̄nti ſm̄ ꝙ dicit Auguſti. libro de vidēdo deū ad paulinā. ⁊ de hoc habebit̄ ſuper li. Nu. vbi magis habet locum.

z Ecce inquit eſt locus apud me. i. in monte ſynai vbi cōſueui tibi loqui: dicebat̄ eñ mons ille mons dei vt dictum ē. ſ̄. iij. ca.

a Et ſtabis ſupra petrā. In hebreo habet̄. Super rupem.

b Cūq; trāſibit gloria mea. i. ſpēs glorioſa: diuie. n. eſſentie nō cōpetit tranſitus.

c Ponā te in for. petre. In hebreo

eñ videbit me homo ⁊ viuet. Et iterꝝ. Ecce inquit eſt locus apud me ⁊ ſtabis ſupra petrā. Cūq; trāſibit gloria mea ponā te in foramine petre: ⁊ ꝓtegam dextera mea donec tranſeam. Tollamq; manum meam ⁊ videbis poſteriora mea: faciem autē meā videre non poteris.

habetur. In cauerna rupis. d Et ꝓtegaꝫ te dextera mea donec tranſeam. i. non videbis me tranſeūtem in ſimilitudine me repreſentante donec tranſiero. e Et videbis poſteriora mea. i. cōcedā tibi cognitionē mei: imꝑfectā tñ. ſic aliq̃s vidēs hoīeꝫ a ꝑte poſteriori cognoſcit ip̄m eē hoīeꝫ nō tñ cognoſcit q̄s ſit. ſ. ſortes vel plato vel hmōi. f Faciē aūt meā videre nō poteris. ꝑ hoc eñ ꝙ nō vidit tūc faciē illiꝰ ſilitudinis intellexit ꝙ tunc nō cōcederet̄ ſibi viſio dei ꝑfecta ⁊ clara. tales eñ apparitiōes ſenſibiles vl' imaginarie fiunt cōit̄ ad denotādū illud qd̄ vl' fit vl' fieri d; itellectiue cognitōi.

In capi. xxxiij. vbi dicitur i poſtilla. Non eñ aſcendaꝫ tecū ⁊c̄.

Additio. i.

n Non vr̄ cōuenienter dictū vt intelligat̄ illud qd̄ d̄r hic. Nō eñ aſcendā tecū. i. ꝙ nō adeſſet eis ꝑ miraculoꝝ operationē ſicut antea fuerat: nā ipoſſibile erat eis eijcere illas gētes niſi ꝑ potentiā diuinā miraculoſe operantē. vñ. j. Deut. vij. Si dixeris in corde tuo ⁊c̄ Ex quo p; ꝙ ſm̄ curſuꝫ cōeꝫ nō erat poſſibile eis niſi ꝑ miracula facta virtute diuina delere aduerſarios ſuos: ſicut nec ab egyptijs euadere aliter poterāt. vñ alit̄ vr̄ intelligēdū hoc qd̄ d̄r hic. Nō aſcēdā tecū. Pro quo ſciēdū ꝙ. ſ̄. xix. ca. volēs deꝰ inducere pplm̄ ad obſeruātiā p̄ceptoꝝ que eis daturꝰ erat ꝓmiſit eis. Si cuſtodieritis pactū meū eritis mihi in peculiū ap̄d oēs gētes ⁊ vltra eritis mihi in regnū ſacerdotale. ⁊ gens ſctā ⁊c̄. in quoꝝ executiōes. ſ̄. xxv. ca. dixit. Faciēt mihi ſanctuariū ⁊ habitabo inter eos: in qua cohabitatiōe mādauit fieri archā ⁊ ꝓpiciatoriū cū cherubin int̄ que locuturꝰ erat deꝰ cū moyſe illa de q̄bꝰ mādaturꝰ erat pplo: vt in eo. ca. declarat̄: in q̄bꝰ ſic ordinatis manifeſte oſtēdebat̄ reſidētia dei iter pplm̄ iſrl', tāq̄ iter pplm̄ peculiarē ⁊ gentē ſanctā cū tñ nō fecerit talit̄ oi natiōi: de qua reſidētia intelligitur illud Deu. iiij. ca. Que ē gens magna q̄ habeat deos appropiquātes ſibi: ⁊ multa ſilr'a. Nūc aūt rōne peti ꝯmiſſi: q᷑ irritū fecerūt pactū dñi merito debebāt amittere hmōi excellētiā ſeu p̄eminētiaꝫ que eis fuerat ꝯceſſa ſingularit̄ int̄ gētes: ⁊ hoc ē qd̄ d̄r. Nō aſcendā tecū ſeu in medio tui, ꝓut in hebreo. i. nō ponā tabernaculū meū in quo habitatio mea rep̄ntat̄ ⁊ rñſa mea diuinitꝰ dat̄: ⁊ ſacrificia mihi oblata acceptāt̄ ⁊ hmōi in medio tui. ⁊ iō ſequit̄. Quia ppl's dure ceruicis es. ⁊ iō indignꝰ ad p̄dictā cohabitationē diuinā mō p̄dicto: p̄ſertiꝫ cū ex hoc poſſet eis iminere maximū periculū: eo ꝙ grauiꝰ peccarēt ſi deū haberēt p̄ſentē mō p̄dicto ⁊ hoc ē qd̄ d̄r. Ne forte diſꝑdā te i via. Cōſonat ꝓprie huic expōni qd̄ ſeq̄t̄. j. Moyſes q̄ꝫ tollēs ⁊c̄. Nō eñ legit̄ moyſē habuiſſe aliud mādatū a deo vt hoc feciſſet niſi ex hoc qd̄ audiuit a deo. Nō aſcēdā tecū. i. cum filijs iſrl'. Un̄ ⁊ ppl's adorabat de lōge deū deſcēdētē in colūna nubis ad moyſen ex̄ caſtra. Silr' deꝰ loquebat̄ cū moyſe facie ad faciē ex̄ caſtra ñ i caſtris: vt p; in lr̄a. q̄ oia denotāt ꝙ reſidētia diuie p̄ntie in medio ppl'i q̄ fuerat cōceſſa eis an̄ pctm̄ poſt pctm̄ ſubtrahebat̄ ab eis: ⁊ hoc ē qd̄ d̄r. Nō aſcēdā tecū ſeu in medio tui. mō p̄us expoſito. vñ ex his intelligebat̄ ꝓhibitio fabricatiōis tabernaculi ⁊ oīuꝫ ad hoc ptinētiū qd̄ ad magnū ppl'i cedebat detrimētū: tū q᷑ ex hoc iudicabāt̄ indigni grā dei ⁊ p̄ntia diuie ꝯſolatiōis, ꝓut in glo. interlineari: tū q᷑ ex tali cohabitatatiōe deus operabatur tāq̄ ambulans in medio caſtroꝝ ad defenſionem eorum ⁊ inuaſionem inimicorum ⁊ ſic eoruꝫ caſtra fuerūt ſctificata. vñ ⁊ deut. xxiij.

Dñs eniꝫ deus tuus ambulat in medio caſtroꝝ tuoꝝ: vt eruat te ⁊ tradat tibi inimicos tuos ⁊c̄. ꝓut ſequitur in lr̄a.

In eo. c. xxxiij. vbi d̄r i poſtil. Semel aſcēdā i medio tui. Additio. ij.

b Hoc qd̄ d̄r. Semel aſcēdā in medio tui ⁊ delebo te. pōt intelligi nō ſolū cōminatorie ſ; ꝓphetice. ſ. referēdo iſta v̄ba ad ea que poſtea in aduētu chriſti i carnē in medio eoꝝ cōtigerūt. ſemel. n. aſcēdit deꝰ. ſ. filiꝰ dei incarnatꝰ in medio eoꝝ. ⁊ ꝓpt̄ hoc ꝙ erat ppl's dure ceruicis deleuit eos: ita ꝙ de cetero eoꝝ ſtatꝰ nō remāſit ſub prima forma: ⁊ ex hoc deꝰ innuebat pplo ꝙ ꝑꝑ duritiē ceruicis eoꝝ nō expediebat eis hr̄e tantā adherētiā ſeu familiaritatē cū deo vt in medio eoruꝫ ambularet ne ex hoc pctā eoꝝ aggrauarētur: iuxta illud Joh. xv. Si ego ñ veniſſem ⁊ locutꝰ eis fuiſſem peccatū nō haberent ⁊c̄.

In eo. ca. xxxiij. vbi dicitur in poſtilla. Ideo dicit ra. ſa. ꝙ per ornatū h̄ dictū non intelligitur ⁊c̄. Additio. iij.

p Et hoc qd̄ d̄r. Iaꝫ nūc depone ornatū tuū ſm̄ q̄ſdā hebreorū expoſitores nō intelligit̄ ꝙ deꝰ de nouo p̄ciperet eis vt deponerēt ornatū: q᷑ iā hoc fecerāt: ſ; intelligit̄ ꝑ modū cuiuſdā approbatiōis. q. d. ex quo eſtis ppl's dure ceruicis ⁊ incurriſtis tm̄ pctm̄ cōueniens ē vt deponatis ornamēta vr̄a in ſignū cōtritiōis ⁊ p̄nie: nec oꝫ ꝙ h̄ referat̄ ad coronas aureas q̄s receperāt in datiōe legis: vt dicit Ra. ſa. hoc ē eñ manifeſte ficticiū cū nulla mētio de hoc fiat in ſcriptura: ſ; plane ē itelligendū ſicut nr̄a trāſlatio dicit. ſ. ꝙ nullꝰ ex more indutꝰ ē cultu ſuo. vñ ſeq̄tur: vt ſciā q̄d faciā tibi. ſ. cū videro te humiliatū: ⁊ hoc qd̄ d̄r. Sciā. intelligendum eſt ꝓut in poſtilla.

In eodē ca. xxxiij. vbi dicitur in poſtilla. Dixit aūt moyſes. Hic ꝯñter ponitur reſponſio ⁊c̄. Additio. iiij.

c Circa plurima de his que ꝯtinēt̄ in hoc ca. ab hoc loco. Dixit autē moyſes vſq; in finē. Silr' ⁊ in ſequēti ca. multe varietates inter expoſitores inueniūt̄ tā hebreos q̄ latinos q̄ꝝ repetitio eſſ; magis faſtidioſa q̄ vtilis. vñ meliꝰ vr̄ vt illis varietatibꝰ p̄termiſſis quādā expoſitionē q̄ ſaluo meliori iudicio vr̄ magis ꝯſona lr̄e ⁊ rōni ꝓponā que l; in aliq̄bꝰ cōcordat cū poſtill', in multis tñ ab ea deuiat ⁊ ſic diſcretꝰ lector eligat ſibi meliorē. In p̄mis aūt querēdū vr̄ cur moyſes petijt a deo hr̄e maiora ſeu ꝑfectiora poſt pctm̄ vituli q̄ antea. Nō eñ legit̄ antea petiuiſſe quē angelū volebat deꝰ mittere cū pplo. ſ̄. xxiij. ca. q̄n ei dixit deus. Ecce ego mitto angelū meū ⁊c̄. Silr' nec legit̄ q̄ſiuiſſe ꝙ deꝰ oñderet ſibi vias ſuas nec gloriā ſuā ⁊ hmōi an̄ pctm̄ ſ; tm̄ poſt: vt i hoc loco qd̄ vr̄ dignū admiratiōe: nā ꝓut. ſ̄. xxxij. ca. dictū fuit in poſtilla. Ex ꝑuerſitate ſubditoꝝ ſequit̄ defectio honoris ſui p̄lati magis q̄ ſui ꝑfectꝰ. Ad qd̄ dōm ꝙ l; moyſes credēdus ſit fuiſſe in magna ꝑfectiōe poſtq̄ vocatꝰ ē a deo ⁊ ſpālit̄ tp̄e datōis legis q̄n fuit ſequeſter iter deū ⁊ pplm̄: vt hr̄ Deut. v. nihilominꝰ tñ tenēdū ē eū poſtea ꝓfeciſſe tā in vita cōtēplatiua q̄ actiua: de cōtēplatiua p; ſaltē ꝑ ieiuniū in quo ꝑſeuerauit p. xl. dies: vt. ſ̄. Exo. xxxiiij ca. reſidēs in ꝯſortio diuino ſemꝑ. Legit̄ eñ. Fuit ibi cū dño. xl. diebꝰ. ⁊ xl. noctibꝰ, panē nō comēdit ⁊c̄. ꝑ ieiuniū aūt mens liberiꝰ eleuat̄ ad ſublimia cōtēplāda. vñ ſm̄ Aug. ieiuniū mentē eleuat. ⁊ iō de daniele legit̄ ꝙ poſt ieiuniū triū hebdomadaꝝ reuelationē accepit a deo. Ex quo ſequit̄ ꝙ in tanto ieiunio ⁊ cū tāta ſeꝑatiōe a mūdanis ⁊ corꝑalibꝰ ⁊ cū cōtinua adherētia ad deū mēs ipſiꝰ moyſi maxie eleuaret̄ in diuina ꝯtēplatiōe: i vita actiua ēt legit̄ maxie ꝓfeciſſe poſt lapſū ppl'i in pctm̄. p̄mo i vltiōe quaꝫ exercuit cōtra ydolatras ex zelo iuſticie p̄cipiēs ſuis. ſ. leuitꝫ. Occidat vnuſq̄ſq; fratrē ⁊ amicū ſuū ⁊c̄. in quo maxie demōſtrauit nō ſolū ſe hr̄e iuſticiaꝫ que maxie ptinet ad vitā actiuā: ſ; ēt eſuriē iuſticie: d̄ q̄ ſaluator Math. v. ca. Beati q̄ eſuriūt ⁊ ſitiūt iuſticiā ⁊c̄. vñ in ſcd̄a ſcd̄e, q. cxxix. ar. ij. i corpore q̄ōnis: ꝙ aliq̃s nō ſolū virtuoſa opa faciat que cōiter dicūtur opa iuſticie: ſ; ꝙ faciat ea inſatiabili quodāmō deſiderio qd̄ pōt ſignificari ꝑ famē ⁊ ſitiꝫ iuſticie. vñ ⁊ facta vltiōe dixit leuitis oñdēs ſe viſceraliter approbare p̄dictā vltionē diuini honoris. Cōſecraſtis hodie manus vr̄as dño ⁊c̄. Oñdit ēt ſe charitatē ꝓximoꝝ internalē hr̄e cū ſtatiꝫ ſcā vltōe reuerſus ad dñm ait. Aut dimitte eis hanc noxā aut dele me de libro quē ſcripſiſti. Ex quibꝰ manifeſte p; ꝙ l; ppl's poſt pctm̄ cōmiſſū meruit amittere ornatū ſuū qd̄ ꝑtinet ad detrimētū dignitaꝫ ſeu ꝑfectiōis eoꝝ q̄litercūq; exponat̄. moyſes tñ meruit maiora ⁊ potiora q̄ prius rōnibꝰ ſupradictis: ⁊ iō poſt p̄dicta ⁊ nō an̄ de eo legit̄ ſtatim. ſ̄. Loquebat̄ dñs ad moyſen facie ad faciē. ſ. manifeſta viſione ꝓut in gloſa. Sicut loqui ſolet homo ad amicum ſuum: quod non legitur de aliquo patriarcha ſeu propheta: ꝙ enim legitur de Jacob Gene. xxij. capitulo. Uidi dñm facie ad faciem intelligitur ad litteraꝫ de angelo loquente cū iacob. vñ ibidē vbi d̄r deꝰ: hr̄ i hebreo heloym. qd̄ ē nomē cōicabile angelis ⁊ iudicibꝰ. hic aūt vbi d̄r dñs: ponit̄ nomē tetragrāmaton incōicabile: qd̄ ēt legit̄. j. deut. v. Facie ad faciem locutꝰ ē vobis dñs ⁊c̄. hoc itelligit̄ ſm̄ aug. ꝓpter rerū euidētiā: ⁊ q̄dā mō diuine maieſtatis p̄ntiā de qua dubitare nō poſſit: nō tñ ibi d̄r. Sicut



Universidad de Salamanca. BGH

loq̄ ſolet hō ad amicū ſuū: ſicut hic. ſ3 poti⁹ ꝯn̄ū. dicit em̄. Timuiſtis ignē ⁊ nō aſcēdiſtis in mōtē. moyſi vero ſic familiarit̄ de⁹ loquebat̄: ꝙ q̄cūq3 terrore īpediēte ſublato cōcept⁹ ſuos deo exprimeret ⁊ ei⁹ reuelatiōes ma/ nifeſte haberet vt in ꝓpoſito ſatis apparet: quā tn̄ pfectionē nō legit̄ ꝑus habuiſſe. Preſupponēdū ē etiā ad expoſitionē lr̄e ꝙ moyſi nō fuit cōmiſ/ ſum an̄ ieiuniū ⁊ alia p̄dicta q̄ poſt ieiuniū ſunt ſecuta vt duceret ppl'm: ſ3 ꝙ duceret̄ ipſe moyſes ⁊ ppl's ꝑ angelū. vn̄. ſ. xxiij. Ecce ego mittā āgelū ⁊c. cui q̄dē angelo moyſes ⁊ ppl's tenebat̄ obedire. dr̄. n. ibi. Obſerua eū ⁊ audi vocē ei⁹ ⁊c. Nūc aūt poſtq3 moyſes fuit ad maiorē pfectionē ſub/ leuat⁹ vt dictū eſt cōmiſſus fuit ſibi q̄ſi ſingulariter ducat⁹ ppl'i. Vn̄. ſ. xxxij. Tu aūt vade ⁊ duc ppl'm iſtū. cū hoc etiā fuit dictū ſibi ꝙ haberet āgelū p̄cedentē ſe. vn̄ dicit. Angel⁹ me⁹ p̄cedet te. qui q̄dē āgel⁹ videbat̄ mitti vt p̄curſor ſpāliter ad expellēdos aduerſarios. vn̄. ſ. eo. ca. Mittā p̄curſorē tuū angelū vt eijciat ⁊c. q2 tn̄ nō exprimebat̄ an iſte angel⁹ de quo mō loq̄ tur: p̄curſor eēt tm̄. an p̄curſor ⁊ p̄ceptor ſicut de p̄mo angelo dictū fuit in xxiij. ca. ſ. dicto. idcirco rōnabiliter petebat moyſes hui⁹ dubij declaratio nē dicēs. Dixit aūt moyſes ⁊c. q. d. Ex quo p̄cipis mihi denouo educere ppl'm iſtū vellē vt indicares mihi quē miſſur⁹ ſis mecū. ſ. an angelū p̄rece/ ptorē ⁊ p̄curſorē cui ego debeā obedire in regimine ppl'i: an angelū p̄cur/ ſorē tm̄: ⁊ ad expellēdas gētes miſſum nō tn̄ ad regimē ppl'i: ⁊ ſeq̄t. Pre/ ſertim cū dixeris noui te ex noīe ⁊ inueniſti grāz corā me ⁊c. in quib⁹ vbis rōnē ſue dubitatiōis fortificat. q. d. ex quo me tu approbaſti. qḋ intelligit̄ ꝑ hoc qḋ dr̄. Noui te ex noīe. ⁊ ſilr̄ teſtaris ꝙ inueni grāz corā te. nō immeri/ to eſtimare poſſum ꝙ nō mittas angelū mecū vt mihi p̄cipiat in regimine ppl'i ſ3 ꝙ a te ſolo ⁊ imediate ꝓcedā in hmōi regimine. vn̄ in p̄miſſis itel ligit̄ moyſes implicite petiuiſſe ꝙ regimē ppl'i eēt ſibi a deo cōmiſſum ſine alicui⁹ angeli p̄ſidētia. Si aūt queraf q̄n̄ dixit dn̄s ad moyſen. Noui te ex noīe. Dicēdū ꝙ l3 hoc nō legat̄ fuiſſe dictū antea moyſi tn̄ ſufficit auctori/ tas ſcripture ad hoc vt credat̄ ſibi fuiſſe dictū ſicut in multis alijs locis ſa cre ſcripture hoc cōtingit. Vel dicendū ꝙ l3 p̄dicta vba ſub eadē forma n̄ fuiſſent dicta moyſi: equiualēter tn̄ ſeu interp̄tatiue itelligūtur ſibi fuiſſe di cta. ⁊ hoc cū. ſ. xxxij. c. legit̄ deū dixiſſe moyſi. Dimitte me vt iraſcat̄ furor me⁹. ſatis dat̄ intelligi moyſen meruiſſe grāz apud dn̄z. vn̄ Greg. ſup hec vbis q̄ſi in pſona dei loquens moyſi ſic ait. Penſa quātū apud me vale as: ⁊ cognoſce ꝙ obtinere poteris q̄cq̄d ꝓ ppl'o exoras. hec ille. in h̄ aūt qḋ ſequit̄. Faciāq3 te in gentē magnā. ſ. in generationē ſctōr: put in glo. ſa tis oñdit̄ moyſen fuiſſe notū ſingulari mō apud deū: cū generatio ſctōr q̄ ab abraā deſcenſura erat ab ipſo moyſe ſi voluiſſet deo diſponēte deſcen diſſet. vlteri⁹ aūt ſequit̄ in lr̄a. Si ergo inueni grāz in ꝯſpectu tuo ⁊c. ꝓut veritas hebraica h3. Circa qḋ attēdēdū ē q̄uō iſta vba cōtinuāt̄ i ſnīa p̄cedentib⁹. Ad qḋ ſciendū ꝙ ad hoc qḋ hmōi officiū. ſ. regimē ppl'i cōue niēter moyſes exequeret̄ oportebat vt moyſes eſſet a deo ꝯpetēter iforma tus de his quib⁹ de⁹ regit rōnabilē creaturā: ⁊ hoc ꝓpter duo. p̄mū vt re/ gimē ipſi⁹ moyſi cōfirmaret̄ quātū poſſibile eēt diuino regimini qḋ ē opti mū. ſcḋm vt cū aliqua occurrerēt in ppl'o ſup q̄b⁹ oporteret vt moyſes de um oraſſet fuiſſet ipe inſtruct⁹ de his que erāt deo bn̄placita vt orō ſua eēt efficax iuxta illud qḋ eccl'ia orat in quadā collecta dicēs. Ut petētibus de/ ſiderata ꝯcedas. fac nos que tibi ſunt placita poſtulare. Idcirco dr̄. Si ergo inueni gratiā in ꝯſpectu tuo. ſ. vt hoc regimē mihi cōmittas mō p̄di/ cto. oſtēde mihi vias tuas vt ſciā te. cui⁹ ſenſus ē. nā vniuerſe vie dn̄i q̄bus mūdū regit miſericordia ⁊ veritas. ſ. ⁊ iuſticia ſunt f3 pſal. que q̄dē vie l3 nobis ad plenū inueſtigabiles ſint: iuxta illud ad Ro. xi. ca. Inueſtigabi les vie ei⁹. tn̄ participatiue ab hoīb⁹ p̄ſertim pfectis cognoſcūt̄: vn̄ q̄ eas diuino mūere cognoſcit deū dr̄ noſſe: iuxta illud Hiere. ix. ca. In hoc glori etur q̄ gloriat̄ ſcire ⁊ noſſe me ⁊c. ⁊ hoc ē qḋ dr̄. Oſtende mihi vias tuas ⁊c. ſ. vt poſſim te imitari in hmōi regimine: ⁊ in hoc innuit moyſes primaz rōnē ſue petitiōis. ſ. dictā: nec talis imitatio d3 impoſſibilis eſtimari: naz ſaluator dicit Luce. vi. ca. Eſtote miſericordes. Et ſequit̄ in lr̄a. Et inueniā grāz an̄ oculos tuos. ſ. in ipetratiōe eor ꝓ quib⁹ orabo: ⁊ in h̄ innuit ſcḋam rationē ſue petitiōis: ⁊ q2 iſta petebat moyſes ꝓpter bonū ppl'i q̄ maxime idigebat bono regimine: ⁊ ꝙ orō moyſi ꝓ eis cū occurreret neceſſitas ha beret efficaciā impetrādi. iō ſeqtur. Reſpice ppl'm tuū gētē hāc. q. d. nō pe to que mea ſunt ſed que tua ſūt: nā gens iſta ppl's tu⁹ ē. Ad qḋ rn̄dit de⁹. Facies mea p̄cedet te ⁊ requiē dabo tibi. cui⁹ ſenſus eſt ꝙ ipſemet de⁹ vole bat deducere ipm̄ moyſen abſq3 aliquo medio ſicut petebat vt ſic daret ſi bi requiē. ſ. ſufficientiā eor q̄ deſiderabat. vn̄ in hoc ſolū vr̄ de⁹ rn̄dere ad p̄mā petitionē implicitā ipſi⁹ moyſi in qua volebat ꝙ null⁹ angel⁹ iterpo neret̄ in regimine ppl'i: nō aūt ꝑ hoc fuit rn̄ſum ad ſcḋaz. ſ. illā in qua dixit. Oſtende mihi vias tuas ⁊c. que q̄dē rn̄ſio fuit h̄ p̄termiſſa: eo ꝙ moyſeſ nō ſolū deſiderabat requiē ſuā ꝓpriā habēdo diuinā gubernationē ime/ diatā q̄ ad ſe ſ3 etiā quo ad ppl'm: ſic ꝙ de⁹ ambularet cū eis ꝑ cohabita/ tionē in tabernaculo in medio ppl'i: ꝓut fuit an̄ pctm̄ ꝑ deū ordinatū. ſ.

Exo. xxv. ca. vn̄ ſequit̄. Ait moyſes. Si nō tu ipſe p̄cedas ⁊c. q̄liter aūt ipſe petebat ꝙ de⁹ eos p̄cederet ſtatim declarat dicēs. In q̄ em̄ ſcire poterim⁹ ego ⁊ ppl's tu⁹ inueniſſe nos grāz in ꝯſpectu tuo niſi ambulaueris nobiſcū ⁊c. In quo petebat vltra p̄dicta in ſignū di uine placatiōis ꝙ tabernaculū federis in quo de⁹ facie ad faciē lo/ quebat̄ moyſi qḋ tūc erat ꝓꝑ pctm̄ ppl'i elōgatū ex caſtra: vt. ſ. e. c. reduceret̄ intra caſtra in quo ſciret̄ ꝙ nō ſolū moyſes ſ3 etiā ppl'us inueniſſet grāz in ꝯſpectu dn̄i: vt ſic glorificaret̄ ab oīb⁹ pplis ꝓ/ ut lr̄a imediate ſequēs declarat: ad qḋ ſequit̄ rn̄ſio dn̄i. ſ. Dixit au tē dn̄s ad moyſen ⁊c. Ex quib⁹ vbis vr̄ deū cōceſſiſſe moyſi duo: vnū em̄ implicite: qḋ ēt implicite petierat. ſ. ꝙ regimē ppl'i eēt ꝑ de um ⁊ nō ꝑ angelū. ſcḋm āt ꝙ de⁹ ambularet cū ppl'o ꝑ cohabitati onē in tabernaculo p̄dictā: quor primū p3 in executiōe: tū q2 nō le/ git̄ in toto ꝓceſſu moſayce vite ꝙ fiat mentio de angelo loquēte cū moyſe vel ei apparēte poſt hoc ſicut antea: tū q2 de ioſue imediato ſucceſſore ipſi⁹ moyſi legit̄ Joſue. v. ca. ꝙ apparuit ei angel⁹ in per ſona viri cū gladio euaginato. d. Ego ſu3 p̄nceps exercit⁹ dn̄i nūc veni. q. d. ꝓut exponit̄ ab antiq̄s. Ego fui ipedit⁹ tpe moyſi ingrē tui ſicut nūc venio: cui Joſue inclinat⁹ in terrā dixit. Quid dn̄s me us loquit̄ cū ſeruo ſuo. Ex quo p3 ꝙ ſubiectio p̄ſidētis ppl'i iſraeli tici ad angelū incepit a Joſue nō aūt a tpe moyſi: facit etiā ad hoc qḋ legit̄ Deut. xxxij. ca. vbi agit̄ de deductiōe ppl'i ꝑ deſertū dicit. Dn̄s ſol⁹ dux ē eor ⁊ nō fuit cū eo de⁹ alien⁹ ⁊c. vn̄ in hoc qḋ dicit̄ Dn̄s ſol⁹. intelligūt̄ excludi āgeli a ducatu illi⁹ ppl'i. in hoc aūt qḋ ſequit̄. Et nō fuit cū eo de⁹ alien⁹. intelligūt̄ excludi demones. Exe cutio aūt ſcḋi cōceſſi. ſ. de cohabitatiōe diuina in medio ppl'i patet manifeſte cū poſt p̄dicta ſtatim fuit mādata executiōi fabricatio ta bernaculi ſicut p̄us an̄ pctm̄ fuerat ordinatū. ⁊ iō dn̄s durāte hac collocutiōe cū moyſe mādauit p̄ſcindi duas tabulas vt ſup eis ſcri berētur vba in p̄mis tabulis ſcripta: in quo manifeſte demōſtrauit ꝙ volebat tabernaculū fieri: in quo archa teſti cū p̄dictis tabulis erat p̄ncipalis ⁊ ꝑ ꝯn̄s recōciliatio ppl'i ad deū fuit in hoc cōceſſa. Cōſequēter aūt q2 p̄dicta tā gratioſa de⁹ cōceſſerat ppl'o ex meritis ipſius moyſi dicit ei reddēs cām hui⁹ cōceſſiōis. Inueniſti em̄ gra/ tiā corā me ⁊c. q. d. iſta nō cōcedo intuitu ppl'i nec etiā ꝑ merita pa trū: ſ3 q2 inueniſti ⁊c. Ideo moyſes accepit quodāmō audaciā vl/ teri⁹ petēdi ſummū bonū qḋ ab hoīe ſupnaturalit̄ pōt attingi. ſ. cla/ rā viſionē diuine glorie que idē ē cū eſſentia diuina. vn̄ ait. Oſtēde mihi gloriā tuā. Circa quā petitionē q̄dā hebrei ſpecialiter Ra. moy. egypti⁹ in ſuo libro de directiōe p̄te. ij. magnā mouet difficul tatē dicēs: magnū incōueniēs eē ꝙ moyſes petiuiſſet a deo illḋ qḋ eſt impoſſibile in hac vita. infra em̄ dr̄. Nō videbit me hō ⁊ viuet. ſed h̄ dubiū nō vr̄ eē difficilis ſolutiōis: tū q2 volūtas f'm phm̄ ē impoſſibiliū. petitiōes aūt ſunt eor que hō vult: tū q2 l3 ſit hoc im poſſibile f'm naturā nō tn̄ ē impoſſibile apud deū q̄ ē ſupra natu/ rā. vn̄ ⁊ hec viſio fuit cōceſſa moyſi f'm aug. de vidēdo deū. l3 non in hoc loco: vt p3 ꝑ lr̄am dicētē. Nō poteris videre faciē meā. ſeq̄t ait. ſ. de⁹. Ego oſtendā omne bonū tibi. vbi in hebreo hr̄ ꝓut i po ſtilla. Ego trāſire faciā oē bonū meū an̄ te. ad cui⁹ intellectū attēdē dū eſt ꝙ moyſes ō duab⁹ ſuis petitōib⁹ petebat iſideri a deo. vna ſ. in qua petiuerat ſcire vias dn̄i. cū. ſ. dixit. Oſtende mihi vias tu as vt ſciā te ⁊c. Alia vero in qua petiuit videre gloriā dei. ſ. diuinā eſſentiā cū dixit. Oſtēde mihi gloriā tuā. vt dictū ē. Ad quas duaſ petitiones de⁹ ſibi reſpōdit ab iſto loco vſq3 ad finē ca. que q̄dē rn̄ ſio diuidit̄ in tres p̄tes f'm tria diſticta que de⁹ moyſi ſucceſſiue rn̄/ dit. p̄mū. ſ. cū dicit. Nā ego trāſire faciā oē bonū ⁊c. ſcḋm cū3 dicit Rurſumq3 ait. Nō poteris ⁊c. terciū cū dicit. Et iterū. Ecce inq̄t lo cus ē apud me. ⁊c. Circa p̄mū ſciēdū ꝙ bonū diuinū pōt dupliciter intelligi. vno mō ꝓ ipa bonitate diuina que eſſentialit̄ ē ipe de⁹ q̄ ē ſummū bonū increatū. alio mō ꝓ bono vniuerſi qḋ ad p̄mū bonū ordinat̄ ſicut bonū exercit⁹ ordinat̄ ad bonū ducis f'm phm̄ in. xi. meta. Unde ꝑ hoc qḋ dr̄ hic. Trāſire faciā ⁊c. intelligendū ē vtrū/ q3 bonū p̄dictū. nō ei dixit. Trāſire faciā bonū meū corā te. ſed oē bonū: qḋ vtrūq3 ꝯphēdit. bonū aūt vniuerſi creatū maxie vr̄ ꝯſi/ ſtere in bonitate diuine ꝓuidētie qua mūd⁹ gubernat̄ ꝓut ordinat̄ in ipm̄ deū. vt dictū ē: in qua q̄dē gubernatiōe creature rōnales ſin gulariori mō regūt̄ a deo q̄3 alie. vn̄ apl's. i. Cor. ix. Nūquid ō bo bus cura ē deo: qḋ nō ē ſic intelligēdū vt boues totalit̄ ſubtrahāt̄ a cura diuine gubernatiōis q̄ ꝓprie ꝯpetit rōnali creature q̄ nō ſo/ lū gubernātur a deo ꝑ hoc ꝙ mouētur ab ipo deo in eis iteri⁹ ope rāte ſ3 etiā ꝑ hoc ꝙ a deo inducūt̄ ad bonū ⁊ retrahūt̄ a malo per p̄cepta ⁊ ꝓhibitiōes p̄mia ⁊ penas ꝓut in p̄ma p̄te. q. ciij. arti. v.



in rn̄ſione ad. ij. argu. Et iſte ſunt vie dn̄i q̄s moyſes petebat ſibi a deo oñdi: cū dixit. Oñde mihi vias tuas ⁊c. ſ. vt cognoſceret q̄uō de⁹ ꝑ miſericordiā ⁊ veritatē ſeu iuſticiā que ſunt vie dn̄i: ⁊ quodā mō videntur oppoſita: creaturā rōnalē regebat: ad quē aūt finē moy ſes iſta petebat dc̄m ē. ſ. in h̄ igit̄ ꝙ de⁹ dixit. Ego trāſire faciā oē bonū meū an̄ te. cōceſſit moyſi ꝙ vtrūq3 bonū p̄dictū faceret trā/ ſire an̄ moyſen. ſ. in ſpē glorioſa ipm̄ deū rep̄ntante ⁊ etiā diuinam gubernationē p̄dictā. Seq̄t in lr̄a. Et vocabo in noīe dn̄i corā te. qḋ verbū exponit̄ in poſtilla. de vocatione elector in noticia diuīa eternā qḋ nō vr̄ cōuenienter dictū: tū q2 nō conuenit lr̄e. tum q2 nō le git̄ ꝙ moyſes hoc petiuiſſet nec etiā fuiſſet ſibi oſtēſum. tū q2 h̄ eēt ꝯ auctoritatē eccl'e que in collecta dicit. De⁹ cui ſoli cognit⁹ ē nume rus electorū. vn̄ dictū vbū vr̄ eē exponēdū cōtinuādo ip3 ad p̄rece/ dētia ſic. dixerat em̄ de⁹ moyſi ſtatim. ſ. Ego trāſire faciā oē bonū meū an̄ te ⁊c. qḋ intelligit̄ ꝑ ſpēm rep̄ntantē vt dictū ē. ⁊ q2 intelli/ gētia op⁹ ē in viſiōe: vt hr̄ Dan. x. idcirco ſubdit. Et vocabo ⁊c. vbi in hebreo ponit̄ vbū qḋ indr̄nter ſignificat vocare: clamare ſeu le/ gere. ⁊ ē ſenſus: ꝙ ea q̄ ꝑ illā ſpēm glorioſam trāſeūtē rep̄ntabant̄ declararētur ipſi moyſi: ꝑ hoc ꝙ de⁹ corā ipo moyſe vocaret ſeu le geret nomē ſuū. ſ. diuinū ipm̄ ſic exp̄mēdo vt moyſes intelligentiā hr̄et p̄dictor: qḋ totū fuit iplētū ꝓut in ſe. c. ꝯtinet̄: vbi dr̄. Quo trā ſeūte corā eo ⁊c. ꝓut ibidē exponet̄: ⁊ q2 vie dn̄i q̄ oñſe fuerūt moy/ ſi ꝑ maiori ⁊ notabiliori p̄te vidētur ſonare miſcdiaz ⁊ pietatē ſeu remiſſionē pctōr ⁊ hmōi. ⁊ cum dr̄. Miſericors ⁊ miſerator ⁊c. ne forte ex hoc moyſes putaret ꝙ iſta reſpectu delinquētis intelligerē tur. idcirco ſubdit. Miſerebor cui voluero. hoc ē dicere ꝓut in glo. gratuita ⁊ ſpōtanea ē oīb⁹ dei miſcdia. cū. n. miſeret̄ grā ē: cū vo in durari ꝑmittit iuſtū iudiciū ē cui⁹ occultū. hec in gl. Sequit̄ ſcḋa p̄s rn̄ſionis cū dr̄. Rurſūq3 ait. Nō poteris videre faciē meā ⁊c. cu ius ſenſus cōtinuat̄ ad p̄dicta ſic. Quia de⁹ ſtatim dixerat. ſ. moy/ ſi. Ego trāſire faciā ⁊c. qḋ intelligit etiā de bono increato vt dcm̄ ē ne ex hoc forte moyſes putaret ſibi ꝯceſſuz eē videre ipaz dei faciē ſeu eſſentiā ꝓut petiuerat: idcirco exp̄ſſit ꝙ in hoc nō ꝯcedebat̄ ſi/ bi talis viſio: q2 non ꝑtinet exn̄tib⁹ in hac vita. vn̄ Grego. in omel. Quādiu em̄ h̄ mortalit̄ viuit̄ videri ꝑ quaſdā imagines de⁹ pōt: ſ3 ꝑ ipaz nature ſue ſpēm nō pōt videri. Sequit̄ tercia p̄s rn̄ſionis vbi dr̄. Ecce inq̄t loc⁹ ē apud me ⁊c. in quo de⁹ declarat moyſi illḋ qḋ de ſuis petitiōib⁹ aſſecutur⁹ eēt. ⁊ p̄mo aſſignādo ſibi locū cu3 dicit. Ecce inq̄t loc⁹ ē apud me ⁊c. exponat̄ ꝓut in poſtilla. ſcḋo oñ dēdo ſibi modū quo p̄dicta eēnt ſibi oñdēda. ⁊ h̄ cum dicit. Cūq3 trāſibit gl'ia mea. vſq3 ibi. Faciē aūt meā videre nō poteris ⁊c. Ad cui⁹ intellectū ſciēdū ꝙ f3 ſctm̄ Tho. in p̄ma p̄te. q. i. arti. ix. i cor. q. Et ē cōis opinio ſctōr doctor. in ſacra ſcriptura tradūt̄ nobis ſpū alia ſub metaphoris corporaliū. vn̄ in hoc loco metaphorice ſunt intelligēda duo. vnū ē cū dicit. Protegā te dextera mea ⁊c. Qḋ in telligit̄ ad ſilitudinē hoīs q̄ nō pōt videre aliū trāſeūtē corā ſe. ꝓpt hoc ꝙ ꝓtegit̄ ꝑ manū ei⁹ ne ipm̄ videat ⁊ poſt trāſitū alio auferen te manū ſuā videt poſteriora illi⁹ trāſeūtis: nō aūt faciē ei⁹ q̄ iā trā/ ſiuerat ab ipſi⁹ oculis. Aliud metaphoricū ē ꝙ ꝑ faciē dei in hoc lo co ſicut in multis alijs itelligit̄ metaphorice diuina eēntia. ꝑ poſte/ riora vo intelligūt̄ in hoc loco effect⁹ diuīe ꝓuidētie i creaturis: q̄a effect⁹ eſt poſterior ſua cā. vn̄ in hac tercia p̄te de⁹ cōceſſit moyſi ꝙ trāſeūte gloria ſua an̄ eū. ſ. ꝑ ſpēz glorioſā ip3 bonū increatū ⁊ bo nū creatū ab ipo ꝓcedēs rep̄ntantē ꝓut in p̄ma p̄te rn̄ſiōis dixerat Ego trāſire faciā ⁊c. ꝙ tunc videret poſteriora ei⁹. ſ. effect⁹ diuine gubernatiōis q̄ ſunt ꝓprie vie dn̄i: q̄s moyſes p̄mo ſcire petiuit: ſ3 cū hoc tn̄ faciē dn̄i nō videret rōne tacta i ſcḋa p̄ticula rn̄ſiōis. S3 circa hoc notādū ꝙ nō ſolū fuit ꝯceſſuz moyſi ſcire vias dn̄i q̄ ſūt ei⁹ poſteriora ſ3 ēt qualit̄ iſta emanāt a ſua cā q̄ ē facies dei ſeu di/ uina eſſentia. l3 ipa eēntia diuina a moyſe nō videret̄: qḋ itelligit̄ i hac metaphora: nā tā facies q̄3 poſteriora coram moyſe trāſierunt mō p̄dicto: ſ3 noticiā poſterior habuit pfectā ꝓut dic̄. Et videbis poſteriora mea. Ille em̄ q̄ poſteriora alicui⁹ videt ſcit illa eē poſte riora illi⁹: l3 faciē ei⁹ nō videat. Qualiter aūt iſta intelligāt̄ declara ta fuiſſe moyſi in ſequēti cap. vbi iſte ꝓmiſſiōes fuerūt iplete āpli⁹ ſunt declarāda in illo loco. ſ. vbi dicitur. Quo trāſeunte ⁊c.

Replica correctorij cōtra Burgeñ. delirantem.

i In capi. xxxiij. vbi poſtillator exponit illud. Nō aſcēda3 te cū. qḋ videl3 intelligat̄ de miraculor operatiōe. Bur. dicit illud incōueniēter dictū: q2 poſt in eiectionē gentiū miracu loſe de⁹ operabat̄. vn̄ dicit ꝙ debeat exponi de cohabitatiōe dei in medio ppl'i in tabernaculo ⁊ ꝓpiciatorio: ſ3 tūc ar. Bur. valet ꝯ ſe ſi cut ꝯ poſtillatorē: q2 poſt ꝑ oēz modū cohabitabat: rn̄ſa dabat: ⁊ ſacrifi/ cia acceptabat ⁊c. queadmodū Burg. ennumerat. Rn̄deo igit̄ ad argumen tū ꝓ ꝯcordia vtriuſq3 ꝙ hoc dictū. Nō aſcendā tecū. ꝯditionē ſubintelli/ git. ſ. niſi penitueris: ꝓut ēt Bur. dicit: ſ3 q2 ppl's penituit de pctō vituli ⁊ hodie iudei h̄ pctm̄ deteſtāt̄ idcirco aſcēdit cū eis: ⁊ ꝑ miraculor operatiōez quo ad expoſitionē poſtillatoris: ⁊ ꝑ cohabitationē quo ad expoſitionē Burg. Itē in eodē ca. Burg. facit longā digreſſionē in quo tāgit aliq̄ que apud multos ꝓbabilia nō ſunt: trāſeo tn̄ ea niſi vbi notat poſtill'. In p̄mis vt poſtillator ſeruet ordinē eccleſiaſtice hierarchie ad āgelicā hierar chiā exponit hoc capitulū ꝙ ducat⁹ ppl'i fuerit cōmiſſus moyſi ſub directi one angelica potiſſime p̄ncipis ſynagoge. Burg. aūt vult ꝙ moyſes pe/ tierit a dn̄o ppl'i ducatū imediate ſine alicui⁹ angeli p̄ſidētia: ⁊ ꝙ de⁹ ꝯceſ ſerit ei imediatū regimē ppl'i abſoluēdo michaele a p̄ncipatu vſq3 ad tpa Joſue: q̄ fcā ſunt ꝓꝑ moyſi pfectionē quā habuit poſt pctm̄ vituli: ꝓut la/ te declarare nitit̄ Burg. in ipa digreſſiōe: ſ3 ſalua pace grādip̄dētiū deli ramēta. Burg. iſtud dictū nullū h3 fundamētū ex autētica ſcriptura: nā ꝙ michael p̄nceps ſynagoge fuerit abſolut⁹ a ſuo p̄ncipatu ⁊ impedit⁹ vſq3 ad tpa ioſue: aut hoc fuit ex culpa p̄ncipis: aut ſubiector: aut pfectiōe moy ſi. p̄ma duo dici n̄ p̄nt: q2 p̄nceps ille in b̄titudie ꝯfirmat⁹ peccare n̄ poſſet ⁊ culpa ſubiecti ppl'i fuit punita ⁊ ꝑ penitētiā remiſſa: vt dicit Burg. i ad/ ditiōe vltima circa illud capl'm. Si igit̄ dicet̄ terciū ꝙ tāte pfectionis fuerit moyſes ꝙ null⁹ fuerit ei cuſtos ⁊ cooperator vt vr̄ ſentire Bur. hoc vr̄ fā/ taſticū ⁊ modicū fauere fidei chriſtiane: nā nemo ſane mētis dicere aude/ bat chriſtū nō p̄cellere moyſen in natura ⁊ grā: ⁊ tn̄ de chriſto hoīe ſcriptū eſt. Angelis ſuis de⁹ mādauit de te vt cuſto. ⁊c. vſus ē. n. chriſt⁹ miniſterio angelor in multis: nō ꝙ indigeret ſ3 ꝓꝑ hierarchicā inſtōnē quā declarat ſanct⁹ dyo. ca. ix. angelice hierarchie dicēs. Equidē diuini luminis diſtri/ butio a deo indita ē oīb⁹ hierarchijs angelicis ⁊ humanis ordinatiſſime ſupuenies ad cōicādū oīb⁹ pſonis hierarchicis. Burg. igit̄ ꝑ hāc fantaſi am excludit ſolū moyſen ab eccleſiaſtica hierarchia: nec q̄s fidelis aude/ bit dicere eccl'am ſanctā min⁹ grā p̄ditā q̄3 ſynagogas cū ſuo moyſe: tn̄ ec/ cleſiā totā ⁊ ſingulas ei⁹ p̄tes f'm act⁹ hierarchicos angelico miniſterio di rigi: purgari: illuminari: ⁊ pfici credim⁹ vt ſctā ſcti Dyoniſij tradit auctori/ tas: vbi. ſ. Ponit̄ etiā a ſctis ſanct⁹ michael fore p̄nceps eccl'e trāſlatus a p̄ncipatu ſynagoge. iōq3 ſub noīe ei⁹ oēs angelos eccl'a venerat̄: nec puto fauere fidei nr̄e dicere moyſen ductorē ſynagoge potiorē q̄3 petrū paſtorē eccl'e. Quot aūt ⁊ quib⁹ modis petr⁹ in regimine eccl'e ſit direct⁹ adiut⁹ ⁊ cuſtodit⁹ ab angelis nō niſi act⁹ apl'or ignorās ignorat. Error igit̄ vr̄ ꝙ h̄ imaginat̄ Bur. nec motiua ei⁹ ad id valēt: erronea ē em̄ expoſitio illi⁹ Jo/ ſue. v. q̄ dicit angelū tpe moyſi ipeditū fuiſſe: q2 trāſit⁹ colūne ignis ⁊ nubis fuit miniſterio angelico. ſi. n. datio legis fuit fcā ꝑ angelos in manu media toris: vt dr̄ ad Gal. iij. multo rōnabili⁹ motio colūne ⁊ cetera oīa que no/ mine dn̄i facta ſunt ꝑ miniſteriū angelor facta intelligūt̄: dn̄o tn̄ immutabi liter p̄ñte ⁊ p̄ſidēte. Hec ē ſnīa btī Grego. vt p3. ſ. correctorio p̄. iij. ca. nec allegatū Burgeñ. ex Deut. ꝓbat qḋ itēdit. cū em̄ dr̄. Dn̄s ſolus dux eius fuit. dictio excluſiua non excludit eſſentialiter ordinata ordine hierarchico: in quo ordine angeli includūt̄: vt p3 ꝑ beatū dyoniſiū vbi. ſ. ⁊ iō nō ſeq̄t tm̄ hō currit. igit̄ aīal nō currit: ꝓpter ordinē eſſentialem inter hoīes ⁊ aīal. Talis aūt ordo ē inter hierarchiā ſupceleſtē ⁊ terrenā ex inſtitutiōe nō ex re rū formali rōne: q2 f'm act⁹ hierarchicos ſe debito ordine pſupponūt. vnḋ dr̄. xij. methaph. Entia nolūt male diſponi f'm quā optimā diſpōnēs iſtu/ xus a p̄mo ꝑ media ꝓcedūt in iferiora. qḋ aūt excludit̄ cū dr̄. Dn̄s ſolus dux ei⁹ fuit. ꝯtinuo ſubinfert̄. ⁊ nō erat cū eo de⁹ alien⁹: ſol⁹. n. de⁹ ductor ppl'i exiſtēs angelicā ſeruitutē ſibi ordine eſſentiali ſubordinatā nequaq3 excludit: ſ3 poti⁹ includit f'm doctrinā btī Dyo. vbi. ſ. Et ſi quis obiecerit dicēs. De⁹ ad oīa ſufficit ſpāliter in genere cauſe efficiētis: vt p3 ꝑ Procu/ lū in de cauſis. igitur miniſteria angelor in hoc ducatu nō erāt neceſſaria. Rn̄deo. Hec obiectio valet de miniſterio hoīu3 ſicut ⁊ angelor igitur nec moyſi ducat⁹ fuit neceſſari⁹: iuxta allegatū Bur. Deut. Dn̄s ſol⁹ dux ei⁹ fuit. qua rōne em̄ dictio excluſiua excludit miniſteriū āgeli eadē rōne ⁊ ho/ minis. Ad aſſumptū igit̄ auctoris de cauſis dico ꝙ de⁹ ſol⁹ ſufficit ad oīa ſine medio ſufficiētia thearchica. ſ3 n̄ hierarchica. ⁊ tn̄ val3 dicere de⁹ ime diate ſufficit ad oīa potētia abſoluta ſ3 nō ordinata: ordinē em̄ hierarchi/ cū de⁹ a p̄ncipio ꝯditiōis nature inſtituit vt vult btūs Dyoni. vbi. ſ. ⁊ ſic eas cōdidit vt eos ordine ſacro ſuos mot⁹ hr̄e ſinat f3 btm̄ Aug. Guber/ nat. n. de⁹ eccl'iaſticā hierarchiā ꝑ mediū hierarchie celeſtis: ⁊ inferiora ꝑ media: ⁊ media ꝑ ſupiora de⁹ regi iſtituit ſua volūtate: cui⁹ cā querēda nō ē: ⁊ ſi q̄n̄q3 hmōi ordinē potētia ſua abſoluta ſuſpēdit ⁊ imediate aliqua facit hui⁹ ē magna cā quā tpe moyſi Burg. fingēdo rōnabilit̄ nō aſſignat niſi moyſi pfectionē cui⁹ tn̄ pfectio tāta eē nō potuit quāta p̄ncipis glorio ſiſſimi michaelis: cui⁹ p̄ncipatū dicit tpe moyſi ipeditū ꝑ ꝯn̄s ei⁹ incentum q2 miniſterio eccl'iaſtice hierarchie angeli meret̄ vſq3 i finē mūdi aliquod



Universidad de Salamanca. BGH

ꝑmiū accidētale: vt bꝫ.ij.ſniaꝝ. Itē in eadē digreſſione Bur. notat poſtillatorē exponentē hoc verbū dñi ad moyſen. Uocabo nomē dñi corā te. de vocatione electoꝝ in noticia diuina eternā: quā expoſitionē dicit bur. incōuenientē ex trib⁹: q: vt dicit nō cōſonat lr̄e: ⁊ q: nō legit moyſen id petiuiſſe: etiā q: non fuiſſet ei oſtēſum contra auctoritatem eccleſie dicentis in collecta. Deus cui ſoli cognitus ē numerus electorū ⁊c. ſed cerce iſte obiectiones Burg. nihil videntur valere: nō ꝑma: q: expoſitio poſtillatoris ad intentionē et alioꝝ lr̄e bñ ꝯſonat: qđ ſic ꝑꝫ: nā cum moyſes petiſſet ſignū miſerationis diuine dicēs. In quo poterim⁹ ſcire grām apud te inueniſſe ⁊c. ⁊ cū iā fiducialiter ſubiūgeret. Oſtēde mihi gloriā tuā. q̄ nō ſolū conſiſtit in viſiōe v̄bi: ſed etiā relucentiū in v̄bo. iō intelligit moyſes petiſſe cognitionē vocationis electoꝝ in noticia diuina eternū. Ad quā petitionē ſic itellectā rn̄dit de⁹ q̄ ad viſionē dei. Oſtēdā tibi oē bonū. q̄ aūt ad relucētiā in deo ſubdit. Et vocabo vel legā ſm hebraicā veritatē corā te. ſ. exaratū i nomine dñi: vt ſupple videre ⁊ cognoſcere poſſis ſignū miſerationis qđ petis nō eē ex p̄cedētib⁹ meritis ſed a ſola mea voluntate. Iō ſequit. Cui volo mi ſerebor ⁊c. Hec igit expoſitio poſtillatoris optime ꝯſonat lr̄e ꝯ ꝑmā obiectionē Bur. ⁊ ipe Burg. vr̄ cū iſta expōne quā improbat poſtea coincidere cuꝫ dicit ꝙ ſenſus illoꝝ v̄borū: ⁊ legā coraꝫ te in noīe dñi. eſt ꝙ moyſi ꝑmitteret de⁹ dare intelligētiam eoꝝ que i glorioſa ſp̄ētrā ſcūte rep̄ntabāt: illa autē relucētia ſunt in eſſētia diuina que ipam rep̄ntant. vnde patet moyſen h̄ petiſſe contra ſcđam obiectionem Burgeñ. Tercia etiam obiectio Burgeñ. nihil valet: quia q̄ꝫ poſſibilis eſt petitio vt oſtendatur viſio dei: tam poſſibilis eſt petitio viſiōis relucentiū in eo: ⁊ q̄ꝫ poſſibilis eſt collatio primi tam poſſibilis eſt ⁊ ſecūdi. Apud Burgenſem autem ⁊ alios poſſibilis eſt collatio primi igitur ⁊ ſcđi: ſed ⁊ illud quod adducit de collecta eccl̄ie nō vrget: quia ⁊ ſi oſtendātur alicui relucētia in deo nō oꝫ ꝙ oſtēdātur oīa nec numer⁹ oīuꝫ: iō ſtat aliquē videre electionē diuinā eē ex grā ⁊ videre aliquā certā gētem puta iſtrincā ex hmōi electiōe inueniſſe grāꝫ q̄ tñ nō videret numeꝝ electoꝝ oīuꝫ qđ ſoli⁹ dei ē iuxta collectā allegatā: ⁊ vr̄ illa tercia obiectio tēdere ad vnū errorē pariſius dānatū: videlꝫ ꝙ oīs v̄bū vidēs ⁊ relucētia in verbo videt omnia que verbum error eſt.

## Capitulū. xxxiiij.

C a Deinceps p̄cide[b] ait tibi duas tabulas lapideas inſtar prioꝝ ⁊[c] ſcribā ſup eas v̄ba que habuerūt tabule q̄s fregiſti. Eſto[d] paratus mane: vt aſcēdas ſtatiꝫ in mōte ſynai: ſtabiſq̄ꝫ mecū ſup verticē mōtis. Null⁹[e] aſcēdat tecū nec[f] videatur q̄ſpiā ꝑ totū mōtē: boues q̄ꝫ ⁊ oues nō paſcātur ecōtra. Excidit[g] ergo duas tabulas lapideas q̄les antea fuerāt: ⁊ de nocte cōſurgēſ aſcēdit in mōtē ſynai ſicut p̄ceperat ei dñs: portans ſecū tabulas. Cūq̄ꝫ[h] deſcēdiſſꝫ dñs ꝑ nubē ſtetit[i] moyſes cū eo inuocās nomē dñi. Quo tranſeunte corā eo ait[k]. Dñator dñe[l] de⁹[m] miſericors[n] ⁊[o] clemēs patiēs[p] ⁊[q] multe miſerationis ac[r] verax q[s] cuſtodis miſericordiā in milia: qui[t] auferſ iniqtateꝫ ⁊[u] ſcelera atq̄ꝫ[x] pctā. nulluſq̄ꝫ[y] apud te ꝑ ſe innocens ē q[a] reddis iniquitatē patrū filijs ac nepotib⁹ in terciā ⁊ quartā ꝓgeniē. Feſtinuſq̄ꝫ[b] moyſes curuat⁹ ē ꝓn⁹ i terrā ⁊[c] adorās ait[d]. Si inueni grām in conſpectu tuo dñe: obſecro vt gradieris nobiſcū ppl's[e] eñ dure ceruicis ē: vt[f] auferas iniqtateſ noſtras atq̄ꝫ pctā noſq̄ꝫ[g] poſſideas.

Rn̄dit[h] dñs. ego inibo pactuꝫ vidētib⁹ cūctis: ſigna[i] faciā que nūq̄ꝫ viſa ſunt ſup terrā: nec in vllis gentib⁹: vt cernat ppl's iſte i cui⁹ es medio: op⁹ dñi terribile qđ factur⁹ ſū. Obſerua[k] cūcta que hodie mādaui tibi. Ego ip̄e[l] eijciaꝫ añ faciē tuā amorreū ⁊ chananeuꝫ ⁊ etheū: phereꝫeū q̄ꝫ ⁊ eueū ⁊ iebuſeū. Caue[m] ne vnq̄ꝫ cū habitatorib⁹ terre illi⁹ iūgas amicitias q̄ ſint tibi in ruinā: ſꝫ[n] ⁊ aras eoꝝ deſtrue: confringe ſtatuas: lucoſq̄ꝫ[o] ſuccide. Noli adorare deū alienū Dñs[p] zelotes nomē ei⁹ de⁹ ē emulator. Ne incas pactū cū hoīb⁹ illaꝝ regionū: ne cū fornicati fuerit cū dijs ſuis ⁊ adorauerint ſimulachra eoꝝ vocet[q] te q̄ſpiā vt comedas de imolatis. Nec[r] vxorē d̄ filiabus eoꝝ accipies filijs tuis: ne[s] poſtq̄ꝫ ipſe fuerint fornicate fornicari[t] faciāt ⁊ filios tuos in deos ſuos. Deos[u] cōflatiles nō facies tibi Solēnitatem aꝫimoꝝ cuſtodies. Septē dieb⁹ veſceris aꝫimiſ ſicut p̄cepi tibi in tēpe mēſis nouoꝝ. Mēſe eñ verni tēpis egreſſus es de egypto. Oē qđ apit vuluā generis maſculini meū erit. De cunctis animātib⁹ taꝫ de bobus q̄ꝫ de ouib⁹ meū erit. Primogenitū aꝫini

pide fuerunt q̄ tñ longe fuit añ Raſa. Iō vr̄ meli⁹ dicendū ꝙ de h̄ nō bꝫ certitudo.
c Et ſcribā ſup eas. In ꝑmis eñ tabulis moyſes nihil fecit. i ſcđis vero ipſe diſpoſuit materiā dolādo: vt viſuꝫ ē: q: ſicut alias fregerat iuſtum fuit ꝙ iſtas dolaret: ſed dñs ſcripſit ibi. x. v̄ba.
d Eſto paratus mane. q: talis hora ē ꝯueniētior ad loquēdū cū deo.
e Null⁹ aſcendat tecū. q: alij nō ſūt digni accedere ad me.
f Nec vi. q̄ſpiam ꝑ to. mō. ⁊c. ob reuerentiā deitatis ibi deſcēdētiſ in ſigno viſibili.
g Excidit ḡ ⁊c. Exequēs mandatū dñi ꝓmpte.
h Cūq̄ꝫ deſcēdiſſet. h̄ ponit diſpō ſpūalis q̄ fuit orō moyſi cū dr̄.
i Stetit moy. cū eo. inuoca. no. dñi quo trāſeūte. ſ. in nube glorioſa cuꝫ repreſentante.
k Ait dñator. h̄ exprimitur forma orōnis cū dr̄. Dominator. ſ. i populi gubernatiōe.
l Dñe in leg̃ datiōe. m Deus in cult⁹ veri inſtōne. n Miſericors miſerijs hoīuꝫ cōpatiendo. o Et clemens. offenſas remittēdo. p Patiēs. emēdationē peccātiū expectando. q Et multe miſeratiōis. effect⁹ tue pietatis impendēdo. r Ac verax. i. iuſt⁹. q: miſericordia ſine iuſticia ē puſillanimitas: ⁊ iuſticia ſine miſericordia ē crudelitas. ⁊ iō in oīb⁹ operatiōib⁹ diuinis ſemp ſil' relucēt veritas miſericordia ⁊ iuſticia ſꝫ illud pſ̄. xxiiij. Uniuerſe vie dñi miſericordia ⁊ veritas. Uel aliter Ac verax. iuſtis ꝑmia reddēdo. iō ſubdit. s Qui cuſto. mi. i milia ⁊c. reddēdo bona nō ſolū operātib⁹ ſꝫ etiā deſcēdentib⁹ ex eis abſq̄ꝫ numero. t Qui aufers iniquitatē. i. pctā cōmiſſa in proximū remittis vere penitētibus. v Et ſcelera. i. pctā ꝯ deū facta. x Atq̄ꝫ pctā que facit hō in ſeip̄m. y Nulluſq̄ꝫ apud te ꝑ ſe innocēs ē. q: hoīes ꝯhūt petm̄ originale ⁊ cū hoc actuale ſalte venialeſi ꝑueniāt ad etatē adultā. a Qui reddis iniquitateꝫ ⁊c. hoc expoſitū ē. s̄. xx. ca. b Feſtinuſq̄ꝫ moy. incur. eſt. exhibēs reuerentiam deo. c Et adorās. actu interiori in corde ⁊ etiā ore. iō ſeq̄t d Ait ſi inueni grām ⁊c. lꝫ eñ dñs iā moyſi cōceſſiſſet ꝙ ipſe eſſꝫ ductor eoꝝ in itinere. timebat tñ ne ſupueniret impedimētū ꝑꝑ peccatū ppl'i quē ſciebat eē ꝓnū ad malū. iō orabat vt iſtđ ipedimētū

C Deinceps. hic ꝯñter ponit mīſſio dñi de reparatiōe legis: vbi ꝑ ponit ad hoc ꝑma diſpoſitio. ſcđo legis repetitio: ibi. Obſerua. ⁊ tercio ei⁹ cōſcriptio: ibi. Dixit aūt dñs ad moyſen ſcribe. Circa ꝑmū ꝑmitti diſpō mālis ſcđo ſpūalis: ibi. Cūq̄ꝫ deſcēdiſſꝫ. Diſpoſitio aūt material' fuit dolatio tabulaꝝ de q̄ daf dñi mādatū cū dr̄. b Preſcide ait tibi duas tabulas lapideas inſtar ꝑoꝝ. i. ſiles alijs ꝑus fractis i materia ⁊ quātitate: de quo aūt lapide fuerūt nō bꝫ ex textu. Dicit autē raſa. ꝙ fuerūt de lapide ſaphiri: ⁊ ꝙ dñs oñdit moyſi maſſaꝫ talis lapidis formatā de nouo v̄tute diuina de qua moyſes dolauit duas tabulas ⁊ dolature ſupflue fuerūt ſue: ⁊ inde ditat⁹ fuit valde. iō dictū eſt. Precide tibi ⁊c. In hebreo bꝫ. Dola tibi. i. ad vtilitatē tuā: ſed iſtud vr̄ fictitiū: q: tantū vel plus fuiſſet ditat⁹ de fragmentis tabularum prius fractarum. Item quia Ioſephus non dicit de quo la



nō ſupueniret. vñ ſubdit. e Ppl's eñ dure ceruicis eſt. ⁊ iō q̄a mes miſericors indigem⁹ pñtia tua. f Ut auferas iniqta. nr̄as p̄terita remittēdo. g Noſq̄ꝫ poſſideas. a futuris p̄ſeruando.
h Rn̄dit dñs ego inibo pactū. i. fed⁹ amicicie vobiſcum.
i Signa faciā ⁊c. ſicut poſtea fecit qñ terra dathan ⁊ abyron glutiuit ⁊ in ſiccatiōe iordanis: ⁊ i ſubuerſione ciuitatis hiericho ſonantibus tubis.
k Obſerua cuncta. Hic ꝯñr ponitur legis repetitio breuis tñ ⁊ ꝑ modū epilogi. cū dr̄. Obſerua cūcta q̄ ho. man. tibi. repetēdo que ſupra p̄cepit a. xx. ca. vſq̄ꝫ ad. xxxij. c. lꝫ ñoia ſint hic ſcripta iterum.
l Ego ip̄e eijciaꝫ ⁊c. nō noīat h̄ gerſeū: q: ille ppl's receſſit d̄ terra eis ꝓmiſſa añ aduentū filioꝝ iſrl'.
m Caue ne vn. cū. ⁊c. q̄a ex diuiſa ſnia debebāt iterfici ⁊ ne inducerēt ppl'm iſrl' ad ydolatriā ſi ꝯherēt cū eis amiciciam.
n Sed aras eoꝝ deſtrue ⁊c. vt non remaneat memoria ydolatrie.
o Lucoſq̄ꝫ ſucci. circa tēpla ydolorum erant luci vbi exercebant carnaleꝫ laſciuiam.

redimes oue. Si autē nec preciū ꝓ eo dederis occidet. Primogenitū filioꝝ tuoꝝ redimes: nec apparebis in cōſpectu meo vacuus. Sex dieb⁹ operaberiſ die ſeptio ceſſabis arare ⁊ metere. Solēnitateꝫ hebdomadaꝝ facies tibi in primitijs frugū meſſis tue triticee: ⁊ ſolēnitatē qñ redeūte anni tpe cūcta cōdūt. Trib⁹ tēpib⁹ anni apparebit oē maſculinū tuū: i ꝯſpectu oīpotētis dñi dei iſrl'. Cuꝫ eñ tulero gēteſ a facie tua ⁊ dilatauero terminos tuos: null⁹ inſidiabit terre tue aſcēdēte te ⁊ apparēte in ꝯſpectu dñi dei tui ter in anno. Nō imolabis ſup fermēto ſanguineꝫ hoſtie mee: neq̄ꝫ reſidebit mane de victimis ſolennitatis phaſe. Primitias frugum terre tue offeres in domo dñi dei tui. Nō coques hedū i lacte matris ſue. Dixitq̄ꝫ[x] dñs ad moyſen. Scribe[y] tibi verba hec: quib⁹ ⁊ tecū ⁊ cū iſrl' pepigi fedus Fuit[z] ergo ibi cū dño moyſes quadraginta dies ⁊. xl. noctes: paneꝫ nō comedit ⁊ aquā nō bibit: ⁊[a] ſcripſit in tabulis verba federis decē. Cūq̄ꝫ[b] d̄ſcēderet moyſes d̄ mōte ſynai tenebat duas tabulas lapideas teſtimonij: ⁊[c] ignorabat ꝙ cornuta eſſet facies ſua ex cōſortio ſermonis dñi. Uidētes aūt aaron et filij iſrl' cornutā moyſi faciē timuerūt[d] ꝓpe accedere. Uocatiq̄ꝫ[e] ab eo reuerſi ſunt: tā aaron q̄ꝫ principes ſynagoge. Et poſtq̄ꝫ locutuſ ē ad eos: venerūt ad eū etiā oēs filij iſrl'. Quib⁹[f] p̄cepit cūcta que audierat a dño i mōte ſynai. Impletiſq̄ꝫ[g] ſermonibus poſuit velamen ſup faciē ſuā. Qui ingreſſus ad dñm ⁊ loquēs cū eo: auferebat donec exiret: ⁊ tūc loquebaf ad filios iſrl' oīa que ſibi fuerant iperata. Qui videbāt faciēꝫ egrediētis moyſi eē cornutā: ſꝫ[h] operiebat ille rurſus faciem ſuam: ſi quādo loquebatur ad eos.

⁊ tūc redit in hoc qđ p̄dictū ē. ſ. ꝙ de⁹ illas lr̄as figurauit. z Fuit ergo ibi cū dño moyſes. xl. dies. alios a p̄cedētibus. a Et ſcripſit in tabulis hoc refert ad dñm vt dictū ē. Si aūt refert ad moyſen exponēdū ē mō p̄dicto imediate. Aliter etiā exponūt aliqui di. Scripſit. i. ſcriptas a dño recepit. b Cūq̄ꝫ deſcenderet. Hic cōſequenter deſcribitur legis iterate ꝓmulgatio vbi p̄mittitur publicantis conditio cuꝫ dicitur.
c Ignorabat ꝙ cornuta eſſet facies ſua. erāt. n. quidā radij mire ſplendoris ꝓcedentes in altū ad modū cornuū: q̄s ap̄l's vocat gloriā vultus moyſi. ſcđa ad Coꝝ. iij. vñ in hebreo bꝫ. Et nō cognouit ꝙ cornuta eſſet lux faciei ſue. Sꝫ quare nō habuit añ cū locut⁹ fuiſſꝫ cū dño diu i mōte. Dicūt aliq̄ ꝙ nō habuit tūc ita limpidā cognitionem de deo ſicut poſtea. ad qđ denotāduꝫ apparuerunt tales radij. Alij dicūt ꝙ hoc factū ē: vt ppl's qui ꝑ ydolatriaꝫ peccauerat magiſ eū timeret ⁊ hr̄et in reuerentia. raſa. dicit ꝙ hoc fuit ex h̄ ꝙ dñs poſuit manū ſuā ſup faciē ei⁹: vt bꝫ in fi. p̄cedētis ca. Sequitur.
d Timuerūt ꝓpe accedere. ꝓpter dicti ſplendoris reuerentiam.
e Uocatiq̄ꝫ ab eo reuerſi ſūt. Ex reuerētia eñ retroceſſerāt ⁊ ex obedientia redierūt.
f Quibus p̄cepit. publicādo ea que a dño audierat.

p Dñs zelotes ⁊c. hoc ē expoſitū. s̄. xx. ca. q Uocet te q̄ſ. vt comedas de imolatis: i veneratiōe ydoli. ⁊ ſic trahat te ad ydolatriā. r Nec vx. d̄ fi. eoꝝ acci. cui⁹ cā ſubditur. s Ne poſtq̄ꝫ fuerit fornicate. ꝑ ydolatriā que ē fornicatio ſpūalis. t Fornicari faciāt. i. ad ydolatriā ꝑtrahāt. v Deos cōflatiles. ꝑ hoc etiā intelligūtur ꝓhiberi ydola ꝑ ſculpturā facta vel quocūq̄ꝫ mō. dicit tñ cōflatiles. q: de nouo ſibi fecerāt vitulū cōflatilē. Cōſequēter repetit aliqua que ꝑtinēt ad verū dei cultū: ⁊ ꝑmo de ſolennitate paſchali dicēs. Solēnitatē aꝫimoꝝ ⁊c. ſcđo de redēptione ꝑmogenitoꝝ cū dixit. Oē qđ aperit vuluā ⁊c. tercio de obſeruatiōe ſabbati: cū dic. Sex dieb⁹ operaberis ⁊c. quarto de ſolēnitate penthecoſtes cū dr̄ Solēnitatē hebdomadaꝝ. q̄nto de ſolēnitate tabernaculoꝝ cū dr̄ Et ſolēnitatē qñ redeūte anni tpe ⁊c. ſcꝫ in ꝑncipio ſeptēbris. ſexto iteꝝ addidit de ſolēnitate paſchali cū dr̄. Nō imolabis ſup fermēto. Et exponātur oīa iſta ſicut expoſita ſunt. s̄. xxiij. ca. ⁊. xiij.
x Dixitq̄ꝫ dñs ad moyſen. Hic ponit iterate legis cōſcriptio cum dr̄. y Scribe tibi verba hec. Hoc vr̄ eē ꝯriū ei qđ dñs ſupra dixit in ꝑnci. ca. Et ſcribā ſup eas. Ad hoc dicūt aliq̄ ꝙ dñs ſcripſit auctoritatiue ⁊ dictādo: ſicut auguſtin⁹ dr̄ ſcripſiſſe libꝝ de ciuitate dei vel hmōi. ſꝫ moyſes ſcripſit miniſterialiter ⁊ figurādo: ſed h̄ nō vr̄ veꝝ: q: cū ille tabule eſſent lapidee lr̄e fuerūt ibi figurate per ſculpturā: nō aūt eſt veriſile ꝙ moyſes aſcēdens in montē ad orandū dñm ⁊ vacādū ꝯtēplatiōi portaret ſecū inſtr̄a ad ſculpēdū cuꝫ ſonitu ⁊ malleatiōe. Et iō dicēdū ꝙ dñs illas lr̄as figurauit vt p̄dictū eſt. ⁊ iō qđ hic dr̄ ſcribe. intelligendū ē ꝙ moyſes ſcripſit illa v̄ba nō in tabulis lapideis: ſed poſtea in libro. Pōt etiā aliter dici. ſ. ꝙ moyſes manū ad tabulas appoſuit. Sed dñs tūc lr̄as miraculoſe formauit: ſicut ad impoſitionē manuū ap̄loꝝ dabaf ſpūſ ſanct⁹: nō ꝙ illa impoſitio in recipientib⁹ ſp̄m ſanctū aliq̄d faceret

g Impletiſq̄ꝫ ſermo. velamen: qñ cognouit faciem ſuam cornutaꝫ ꝑ aliorū inſinuationē. h Sed operiebat rurſus ille faciē ſuā ⁊c. In hebreo bꝫ. Et reponebat velamen ſup faciē ſuam donec veniret ad loquēdū cum eo. i. cum deo.

In ca. xxxiiij. vbi dr̄ in poſtil. Preſcinde tibi ⁊c. Additio

Onſequēter ait dñs moyſi. Preſcinde tibi duas tabulas ⁊c. i q̄ deus ſe oſtēdebat iā placatū ppl'o volēs vt fierēt alie due tabule teſtamēti: que ponēde erāt ſub ꝓpiciatorio ⁊ ꝑ ꝯñs tabernaculū erat ſicut ꝑus fuerat diſpoſitū edificādū: ⁊ ſic deus ambularet inter eos ꝓut moyſes petiuerat. Et exponaf lr̄a ꝓut in poſtill'. vſq̄ꝫ ibi. Nec videatur q̄ſpiā ꝑ totū mōtē ⁊c. Ubi attēdēdū ē ꝙ iſta ꝓhibitio nō fuit ſolū fcā ob reuerētiā diuinitatis in mōte deſcēdētis: in ſigno viſibili ꝓut dicit poſtil'. q: ſepe de⁹ apparuit in ſigno viſibili tā in mōte ſynai q̄ꝫ in alijs locis p̄ſente ppl'o: ⁊ nō fit ſilis ꝓhibitio niſi ſolū in datiōe legis. s̄. xix. ca. vbi populus fuit ꝓhibitus ne aſcenderet in montē nec ip̄m tāgeret. ſꝫ ꝓhibitio h̄ de hoc facta ē maioris reſtrictiōis q̄ꝫ ibi: q: ibi ſolū vr̄ ꝓhiberi ne q̄s aſcēderet in montē: nec tāgeret eū. Hic aūt ꝓhibef ne q̄ſpiā videaf ꝑ totū mōtē: qđ ē maius. Similiter ibi p̄cipiebaf aarō aſcēdere cū moyſe vt dr̄ i lr̄a hic aūt dr̄. Nullus aſcēdet tecū. Ex q̄b⁹ pꝫ ꝙ iſta deſcenſio dei in ſigno viſibili hoc tpe facta erat maioris ſolēnitatis q̄ꝫ illa que fuit in datiōe legis Cuius rō ē: q: ibi ꝓponebātur p̄cepta cōia toti ppl'o: hic aūt oſtēdebātur moyſi archana dei que alijs nō licebat vt ſic oſtēderētur: ⁊ inde ē ꝙ poſt hāc reuelationē in facie moyſi apparuerūt radij miri ſplendoris: vt pꝫ infra in fine hui⁹ ca. quos tñ nō legit habuiſſe in datiōe legis nec in alijs apparitionib⁹ ſeu collocutiōib⁹ cū deo añ hoc factis. Sequif in lr̄a. Cū deſcendiſſet. ſ. de⁹ mō p̄dicto: ſtetit moyſes cū eo. ſ. deo: fuerat eñ ſibi p̄ceptuꝫ expreſſe. Stabiſq̄ꝫ mecū. ⁊ ſequif in lr̄a. Inuocās nomē dñi. ſ. moyſes qui inuocabat dñm. q. d. Aſſum dñe q: vocaſti me. Et ſeq̄tur in lr̄a ſm trāſlationē noſtrā. Quo trāſeūte corā eo ait dñator dñe de⁹ ⁊c. que q̄dē v̄ba exponūf cōit ꝓut in poſtil. ſic. ſ. Cū trāſiſſet dñs añ moyſen i nube glorioſa



Universidad de Salamanca. BGH

ſubſtantialia ſicut deus ⁊c. dicit ſignificare vias dñi quas deus Moyſi oſtendit: nam cum vie dñi ſint reſpectus ad extra ⁊ non niſi quandam ſue virtutis imitationem ſignificant predicata perfectionalia maxime ſubſtan/tialia: ſicut Burgeñ. dicit tetragrãmaton vias dñi ſignificare non poteſt. deo eñi non ſunt aſſignande vie per quas ipſe incedat ſm deitatẽ que vbiqꝫ eſt niſi per extrinſecum reſpectuꝫ: vt ille dicantur vie dei i quibꝰ nos opor/teat ãbulare ⁊ placẽ deo: vt dei imitatores in dile/ctione ambulãtes: vt ſiue limus ad deum perueni/re oportet ingredi per viã mandatoꝝ dei: ⁊ he ſunt vie quas dñs oñdit moyſi renouans tabulam pre/ceptorum nec alias vias Moyſes hic petijt niſi il/las prius datas reforma/ri quatenus populus qui per peccatum vituli ab il/lis vijs declinauerat ad eaſdem reduceretur: vnde dicit: oſtende mihi viã tu/am. ⁊ reſpondit dñs. Fa/cies mea pcedet te: ſꝫ beatum Greg. per faciẽ vnuſquiſqꝫ cognoſcitur. p faciem igitur dei ipſius cognitio denotatur. q. d. dñs reſpondendo moyſi. Tu petis tibi oſtendi viam: cognoſce me ⁊ cognoſcẽdo dilige. hec ẽ eñi via ĩ qua vniuerſa lex pendet ⁊ prophete. ſ. in cognitiõe ⁊ di/lectione dei que per faciẽ ipſius deſignatur. Cõfir/mationes quas Bur. adducit p intentiõe ſua modicum valent: non prima de. xiiij. ca. Nume. qꝛ litteram male ⁊ extorte expõit vide ibi poſtil. ⁊ male adducit: qꝛ ibi ſcribiť. Non ſicut dixiſti ſed ſicut iuraſti. In tota autẽ ſacra ſcriptura non reperitur deum iuraſſe illa que ibi ſequũ/tur. ſ. dñſ deꝰ ⁊c. nec oportuit eum doctrinam viaꝝ ſuarum iuramento firmare ſi doctrina eſt vt Bur/geñ. vult. Iuramenta eñi dei ſolum in cõicationibꝰ ⁊ pmiſſionibus interponi cõſueuerunt. Nec ſcđa cõfirmatio eſt ad ppo/ſitum. Vie eñi dñi notificate moyſi ⁊ voluntates eius ſunt precepta data moyſi p populi directione. nec magiſter ſententiaꝝ ques hic allegat: ita exponit hos verſus pſal. Quaſi vie dñi ſnt dñator dñs patiens ⁊ miſeri/cors. ſed potius diſtinguit verſum ſequentẽ a verſu precedẽte: nec illud huic ſententie Burgeñ. concordat quod de patribus ante moyſen allegat: quaſi primũ reuelata ſit moyſi de miſericordia ⁊ nulli ante eum nota. nam a principio Cayn cum ſciret dei miſericordiam de ea deſperauit dicens. Maior eſt iniquitas mea ꝙ̃ vt veniaꝫ merear Geñ. iiij. Nunquid noe inuenit gratiam coram deo. ibidem. vij. Nunquid effectus miſericordie dei fuit poſt exercitum ſeueriſſime iuſticie per diluuiũ ſtatuere fedus cũ homine ⁊ dare ſignum fedens: vt patet ibidem. ix. ca. ⁊ in alijs effectibus miſericordie añ tpa moyſi erãt notiſſimi: quia deus multa bona cõtulit hominibus pter merita: imo vltra ⁊ puniuit citra: ſicqꝫ pmiſſa fcta abrae yſaac ⁊ Iacob ſuper miſericordia principaliter fuerunt fundata. nunquid ⁊ miſericordie ⁊ miſerationis opus excellentiſſimũ fuit eductio filioꝝ iſrael de egypto ⁊ pertinẽtia ad eã: ⁊ ꝙ̃ꝙ̃ in Geñ. ante moyſen non ita cõmunis mentio fiat de miſericordia dei ſicut in Exod. ⁊ infra hoc non ẽ ideo quia miſericordia eius fuerit ignota ſed ideo quia cultus viuiꝰ dei fuit valde reſtrictus ſic ꝙ nõ fuit niſi in vna familia puta in domo abrae poſt yſa. deinde iacob. tempore autem Moyſi quia erat in gente magna euidentior facta eſt dei miſericordia ⁊ eius effectus ⁊ exercitium: quia peccatuꝫ poſt da/taꝫ legẽ plus abũdauit vt dicit apoſtolus. ideo miſe/ricordia fuit ma/gis neceſſaria: nec ante peccatum vi/tuli nomen miſericordie Moyſi fuit adeo cõmune ſicut poſt: ⁊ ad illũ intellectum tendit ratio Burgẽ. quã reddit finaliť pꝰ ſuam extenſam di/greſſionem.

Ca. xxxv.

m Nūqđ caput canis ego ſum. i. vilis ⁊ abhoiabilis ſic canis apud tribū iuda q̄ erat dauid. vel al'r. Caput canis. i. latrās ɔ̄ dd' ⁊ tribū iuda ne obtineant regnū ɔ̄ te. n Et tu reqſiſti in me. q. d. nō deres tacere. o Hec faciat d̄s. ⁊c̄. i. tot mala ⁊ plura q̄ alicui miſero. p Niſi quō iurauit dn̄s dauid. h̄ eſt niſi ipleā v̄bū dn̄i. q Vt trāſferaſ. ad dd'. a Regnū. tuū. b Et nō potuit ei r̄ndere q̄cq̄ȝ. tū q̄ yſboſeth nō erat hō alicuiꝰ valoris. tū q̄ abner regebat totā domū illā: ⁊ hēbat in manu ſua totā militiā. c Miſit ḡ. Poſita occaſiōe ɔfederatōis cū dauid h̄ pn̄r ponit ipſa ɔfederatio: ⁊ p̄ nūcios. ſcđo p ſeipȝ. ibi. Et abijt. Circa p̄mū d̄r. c Miſit ḡ abner. ⁊c̄. ad videndū q̄liſ poſſet cū eo fedus ɔhere. d Dicētes. ſ. ex noīe abner. e Cuiꝰ eſt terra. q. d. tua ē in rex q̄ voluit te d̄s in regē eligere. cetera patēt vſq; ibi. f Nō videbis ⁊c̄. volebat em̄ dauid: ⁊ debebat p̄cauere honori ſuo. fuerat em̄ da

ner p ſeipm̄. q̄ pſonalit̄ venit ad dauid. Et p̄ deſcribiſ h̄ mō ɔfederatio amicabilis. ſcđo federis violatio deteſtabilis. ibi. Nūciatum eſt itaq;. tercio occiſi tumulatio venerabilis. ibi. Dixit aūt dd. Circa p̄mū ſciēdū q̄ iſta federatio fuit amicabilis. tū ex parte abner veniētis. q̄ aī inclinauerat corda filioꝝ iſrl' ad dauid: vt p̄ȝ ex p̄dictis. tū ex parte dauid recipiētis q̄ eū amicabiliſ ⁊ honorifice receperat. ⁊ h̄ notaſ cū d̄r. b Et fecit dauid. ⁊c̄. valde ſolēnem federis ſignū. ſiſr ex parte abner recedentis. ad h̄ em̄ a rege receſſit vt p̄miſſam ipleret in effectu. qđ notaſ ibi. i Surgā vt cōgregem ad te. ⁊c̄. ſiſr ex parte dauid eū dimittētis. q̄ ad ip̄m honorādum ɔduxit eū p aliq̄ viē ſpaciū. ideo ſubdiſ. k Cum ergo deduxiſſet dauid abner. ⁊c̄. Cetera patēt in lr̄a. l Nunciatum eſt itaq;. Hic p̄nter oſtēditur federis violatio deteſtabilis. p̄mo in ipſius abner falſa diffamatione. cum ſubditur poſtea.



m Ignoras abner. ⁊c̄. quod erat falſuȝ. vt p̄ȝ ex precedentibus q̄ venerat ad h̄ vt pficeret regnū eiꝰ. ſcđo in ſubdola eiꝰ reductōe ibi. n Miſit nūcios poſt abner ad reducēdū eū q̄ſi rex haberet eū eo loq̄ ⁊ ſibi dicere aliq̄ q̄ omiſiſſet. qđ tn̄ fuit fictū ⁊ abſq; ſcitu dauid. vt p̄ȝ in lr̄a. o Et reduxit eū a ciſterna ſyra. ſic aūt vocabaſ locꝰ ille eo q̄ cyſterna illa erat in q̄dam via cōi eūdi v̄ſus ſyriā. vt dicūt aliqui. in hebreo h̄r. A cyſterna ſpine q̄ ibi erat q̄dam ſpina notabilis ⁊ groſſa. tercio oſtēditur deteſtabilis et doloſa occiſio ne. cum dicitur. p Adduxit eum ⁊c̄. fingēdo q̄ vellet loq̄ ei ſecrete ex pte dd'. iō ſubdiſ. q Vt loq̄reſ ei i dolo. qđ p̄ȝ ex effectu cum ſubdiſ. r Et percuſſit euȝ ibi ⁊c̄. q̄ in nullo ſibi p̄cauebat credens ſe eſſe in tutoreo q̄ iā erat cū rege dauid ɔfederatus: ⁊ p̄ pn̄s cū oībus aliȳs d̄ domo reg. q̄rto oſtēditur deteſtabil' ex parte cāe: cū dicit s In vltiōne ſanguinis aſabel ⁊c̄. q̄ cā erat nulla eo q̄ abner interfecerat eū i bello ſe defendēdo: nec poterat alit̄ manum eiꝰ euadere. vt p̄ȝ ex ſup dictis. Aliq̄ vero dicūt q̄ non ſolū interfecit euȝ pro iſta cā: ſȝ motus inuidia. q̄ timebat ne dd' faceret abner p̄ncipē militie: ſicut fuerat cum ſaule. ⁊ h̄ eſt ſatis v̄iſile. q̄ ex ſimili cā interfecit amaſam. vt h̄r. j. xx. c. ⁊ h̄ fuit peſſimū. ppter qđ dauid deteſtās iſtud factū dixit. t Mūdꝰ ⁊c̄. volebat em̄ ſciri ab oibꝰ q̄ talis proditio nō erat facta p eū. tū q̄ horrebat tale hōicidiū tum q̄ ſi ppl'us hūiſſet eū ſuſpectū de h̄ facto merito abhorruiſſet eius dominiū. ppter qđ imp̄cabatur facietibꝰ multiplex malū dicens. u Et veniat ſup caput Joab. ſ. vindicta a deo p̄ ſanguine abner effuſo. ⁊ imp̄catur quinq; mala. videlicet fluxū ſeminis. lepā ⁊ debilitatē. x Tenēs fuſum. hebrei dicūt. Appodiamentū. ⁊ gladiū ⁊ fameȝ. y Dixit aūt dauid. Hic ɔſequēter deſcribiſ ipſiꝰ abner venerabilis tumulatio ex luctu dauid ⁊ totius ppl'i ⁊ ieiunio ⁊ planctu lugubri. ⁊ hoc eſt quod dicitur. y Dixit aūt dauid ad ioab. in hoc oſtendens q̄ malefecerat. z Et ad omnē populū. vt ſolennius fieret negociū. y Scindite veſtimēta veſtra. ⁊c̄. hec em̄ fiebant apud iudeos in ſignum magne triſticie. Cetera patēt vſq; ibi. a Nequaq̄ ⁊c̄. vbi ponitur plāctus dauid i ſpāli. Nequaq̄ vt ſolēt mori ignaui. ⁊c̄. id eſt timidi ⁊ effeminati: q̄ videntes ɔtra ſe gladiū p̄mittunt ſe capi ⁊ ligari abſq; defenſiōe. iō ſubdiſ. Manus tue nō ſunt ligate ⁊c̄. b Sȝ ſicut ſolēt cadere. viri fortes ⁊ animoſi. c Corā filijs iniq̄tatis. q̄ ſub ſimulatōe amicitie ⁊ pacis iterficiūt eos doloſe quos nō auderēt iuadere māifeſte. d Corruiſti. tu abner viro rum fortiſſime. e Congeminanſq; omīs populus. ſicut enim in cantilenis letície v̄ba p̄nēns repetūtur ab alijs in choꝛea exiſtentibus: ſic in carmine lugubri abner verba dauid ip̄m lugēdo repetebanſ a populo. f Cūq; veniſſet ⁊c̄. poſt ſepulturā ipſius abner. g Jurauit dauid. ad maiorē declaratiōnē ſue innocētie circa mortē abner. h Hoc faciat mihi d̄s. i. tm̄ malum ſicut abner ⁊ plus. i Si an̄ occaſum. ⁊c̄. ⁊ patet littera vſq; ibi. k Ego aūt delicatꝰ adhuc. i. hebreo h̄r. Tener. ⁊ loq̄tur metaphorice. q̄ ſicut ramuſculꝰ tener de nouo plātatꝰ vl' inſertus indiget fomēto ⁊ nutritōe: aliter cito deſiccaſ. Sic dauid p̄ mul tū indigebat auxilio abner vt i regno ſuo ſtatueref ⁊ firmaref. iō ſubdiſ l Porro viri iſti. ſ. ioab et abiſai cū adherētibus ſibi m Duri m̄ ſunt q̄ dictū auxiliū mihi neceſſariū ſubtraxerūt. Sȝ queriſ hic q̄re dauid eos nō puniuit morte ſic puniuit morte eos q̄ occiderunt yſboſeth. vt habeſ ſequēti cap. Dicēdū q̄ dauid erat in p̄ncipio regni. ⁊ ſola tribꝰ iuda tūc erat cū eo. q̄ alie tribus adhuc nō erāt ſibi confederate. In tribu v̄o Juda inter milites ioab et abiſai erāt p̄ncipales et trahebāt poſt ſe totā militiā: ppt̄ qđ dauid eos punire nō potuit tūc: ppter qđ eoꝝ punitionem deo recōmēdauit dicēs. n Retribuat dn̄s facienti malū. ⁊c̄. in fine etiam vite ſue punitōem huius facti ip̄e ɔſuit filio ſuo ſalomon. vt h̄r. j. iij. li. ij. c. In cap. iij. vbi dicit in poſtilla. Porro viri iſti. ſ. ioab ⁊ abiſai. Additio.

Et ingreſſus eſt ioab ad regem ⁊ ait. qđ feciſti? ecce venit abner ad te: q̄re dimiſiſti eū: ⁊ abijt ⁊ receſſit. Ignoras abner filiuȝ ner q̄m ad hoc venit vt deciperet te: ⁊ ſciret exitū tuū ⁊ itroitū tuū: ⁊ noſſet oīa que agis? Egreſſus itaq; ioab a dauid: miſit nūcios poſt abner ⁊ reduxit eū a ciſterna ſyra ignorāte dauid. Cūq; rediſſet abner in hebron ſeorſum: adduxit eū ioab ad mediū porte vt loquereſ ei in dolo: ⁊ pcuſſit illū ibi i inguie ⁊ mortuus eſt in vltōnē ſanguis aſahel fratris eiꝰ. Qđ cū audiſſet dauid rem iā geſtā: ait. Mūdus ego ſuȝ ⁊ regnū meū apud deū vſq; i ſempiternū a ſanguine abner filij ner: ⁊ veniat ſup caput ioab ⁊ ſup omnem domū p̄ris eiꝰ: nec deficiat d̄ domo ioab fluxū ſeminis ſuſtinēs ⁊ leproſus: ⁊ tenēs fuſuȝ ⁊ cadēs gladio ⁊ indigēs pane. Igiſ ioab ⁊ abiſai frater eius interfecerūt abner: eo q̄ occidiſſet aſahel fratreȝ eorū in gabao in prelio. Dixit aūt dauid ad ioab: ⁊ ad omnē pplm̄ qui erat cū eo. Scindite veſtimēta veſtra ⁊ accigimini ſaccis ⁊ plāgite āte exeqas abner. Porro rex dauid ſequebaſ feretrū. Cūq; ſepeliſſent abner in hebron: leuauit rex dauid vocē ſuā: ⁊ fleuit ſup tumulū abner. Fleuit autē ⁊ oīs populus. Plangēſq; rex ⁊ lugēs abner: ait. Nequaq̄ȝ vt mori ſolent ignaui: mortuus es abner. Manꝰ tue ligate nō ſunt: ⁊ pedes tui nō ſunt cōpedibus aggrauati: ſed ſicut ſolent cadere corā filijs iniquitatis ſic corruiſti. Congeminanſq; oīs ppl's: fleuit ſuper euȝ. Cūq; veniſſet vniuerſa multitudo cibum capere cū dauid clara adhuc die iurauit dauid dicēs. Hec faciat mihi deus: ⁊ hec addat. ſi ante occaſum ſolis guſtauero paneȝ vel aliud quicq̄ȝ. Omniſq; populus audiuit: ⁊ placuerūt eis cuncta que fecit rex in cōſpectu oīs populi. Et cognouit oē vulgus ⁊ vniuerſus iſrael in die illa: quoniā nō actum fuiſſet a rege vt occideretur abner filiꝰ ner. Dixit quoq; rex ad ſeruos ſuos. Nū ignoratis quoniam p̄nceps ⁊ maximus cecidit hodie i iſrl'? Ego aūt adhuc delicatꝰ ⁊ vnctus rex. Porro viri iſti filij ſaruie duri ſūt mihi. Retribuat dn̄s facienti malū iuxta maliciā ſuā.

Audiuit aūt Cap. iiij.
yſboſeth filius ſaul q̄ ceci-

In hebreo h̄r. Porro viri iſti filij ſaruie duriores me ſunt. h̄ eſt dicere nō poſſum in eis exercere iuſticiā p̄ nūc qđ mihi videſ cōtinuari cum ſequētibus. ⁊c̄. Capitulum. iiij.

Audiuit aūt. Hic pn̄r deſcribiſ total' deſtructio regni yſboſeth per mortē eiꝰ. Et p̄ deſcribiſ eiꝰ occaſio iniq. ſcđo punitō iuſti. ibi. Rndens aūt dauid. Circa p̄mū ſciēdū q̄ libro de hebraicis qōnibus d̄r q̄ mortuo abner yſboſeth ɔſtituit rechab ⁊ bennaa al's bānaa q̄ erāt de tribu beniami. vt p̄ȝ in textu duces ſuaꝝ expeditionū. vn̄ h̄ vbi dicitur p̄ncipes latronū. in hebreo h̄r. Principes turmarū vel cuneorum. Poſtea iſti duo de ſeitu miphiboſeth cōſpirauerūt in mortē yſboſeth: vt miphiboſeth regē iſtituerēt: q̄ erat debilis pedibus: ⁊ ſic facerēt ſub eo quicq̄d vellēt. miphiboſeth aūt vidēs ſe ineptū regno reuelauit hāc cōſpiratōem auūculo ſuo. ſ. yſboſeth. ⁊ tūc illi fcēleres ſuū ɔſiliū reuelarūt: ⁊ more yſboſeth fugerūt in gethan: ⁊ fuerūt ibi q̄uſq; rediret latēter ad interficiēdū yſboſeth: vt ſic de eo amplꝰ nō timerēt: ⁊ p̄ h̄ erga dauid grāꝝ ⁊ munera impetrarēt. Dicit em̄ in libro de hebraicis qōnibꝰ q̄ h̄ tradūt hebrei. ſȝ vbi ſit ab eis traditū neſcio. maſie q̄ rab. Sal. q ordinauit gloſas hebraicas ſup totū vete. teſt. aliter dicit ſup locū iſtū. ſ. de rechab ⁊ bannaa q̄ erāt de ciuitate beroth. vt h̄r in textu. ⁊ q̄ illa ciuitas lȝ eſſet in tribu beniamin: tn̄ erat p̄pinq̄ terre philiſtinoꝝ. ⁊ iō mortuo ſaule filij iſrael dimiſert ciuitatē illā inde fugiētes: ſic et d̄ m̄ltis alijs ciuitatibꝰ. vt habeſ. ſ. li. i. c. vlti. ⁊ maxie de ciuitatibꝰ p̄pinq̄s ipſis philiſteis. poſtea

m m

Universidad de Salamanca. BGH

iſti fugitiui aggregauerunt ſibi multitudinem conſimilium hominum vt de p̄dis viuerēt. ⁊ cōſilii occaſiōe latēter ⁊ doloſe venerūt ad interficiēdū yſboſeth: vt p h̄ a dauid munera reportarēt. ſm igit̄ vtrūq3 dictū lr̄a in aliq̄bus locis eſt alit̄ ⁊ alit̄ exponēda: q̄ tñ ꝓ magna parte p3 ex p̄dictis ſm vtrūq3 modū dicendi. Veniam⁹ g̃ ad lrām. a Audiuit aūt yſbo ſeth. ⁊c. q: tales rumoreſ cito patēt. b Et diſſolute ſūt man⁹ ei⁹. eo ꝙ abner erat p̄nceps militie ſue. c Duo autē viri principes latronū. i. cuneoꝝ currētiū ſup aduerſarios ad ip̄os ſpoliandū: ꝑpt̄ qḋ vocant̄ h̄ latronū p̄ncipes: q: i talibus multa etiā latrocinia exercēt̄. d Filio ſaul. i. de domo ei⁹ ⁊ ab eo inſtituti ſup turmas. ſm p̄mū modū dicendi ſm rab. Sal. dicūt̄ principes latronū ad lrām. e Filio ſaul. i. inſidiāreſ ei ad interficiēdū ipſum rōnib⁹ p̄dict̄. Cetera patent ex dictis vſq3 ibi. e Erat āt ionathe filio ſaul fili⁹. ⁊c. ſm p̄mum modū dicēdi fit h̄ mētio de mipbiboſeth eo ꝙ rechab ⁊ bennaa volebāt interficere yſboſeth vt facerēt iſtū regē. vt p̄dictū eſt. ſm rab. Sal. fit mentio d̄ eo: eo ꝙ h̄ ſcriptura oſtēdit q̄liter regnū ſaul totalit̄ ceſſabat. q: poſt yſboſeth de q̄ in h̄ cap. agit̄ nō remanebat niſi iſte claudus ad regnū totaliter inept⁹. Cetera patent ex dictis vſq3 ibi. f Et oſtiaria dom⁹. ⁊c. tot⁹ iſte v̄ſus nō eſt in hebreo. ſ3 poſt lrām p̄cedētem hūc verſum immediate ſequtur. g Ingreſſi ſunt. ⁊c. q̄ſi volentes honorare regē faciēdo ſibi de h̄ exenū. vt dicūt expoſitores nr̄i ſm trāſlationē iſtā. In hebreo aūt h̄. Et venerūt vſq3 mediū domus ſumētes triticū. qḋ exponit Rab. ſalo. dicēs ꝙ intrauerūt ſub ſpē mercatoꝝ: quaſi volētes emere triticū. q: rex de ſuis redditib⁹ mlt̄ tū triticum recipiebat: ⁊ mercatorib⁹ de lōge veniētib⁹ vēdebat. Cetera patēt.

uerſarium. c. viij. quarto eius compaſſio erga proximum. ca. ix. quarto ei⁹ g̃titudo circa b̄n̄ficiū. c. x. Circa p̄mū oñdit̄ p̄ q̄lit̄ a pplo ſit inunct⁹. ſcḋo q̄lit̄ ſit fama adept⁹. ibi. Et abijt rex. Circa p̄mū dr̄. a Et venerūt vni. tri. ad dd̄. iā eni audierat ꝙ abner ⁊ yſboſeth nō fuerāt de ſcitu eius occiſi. ⁊ ꝙ ſup h̄ ſuā inocētiā declarauerat manifeſte. vt p3 ex p̄dict̄.

diſſet abner in hebron: ⁊ [b] diſſolute ſunt man⁹ ei⁹: oīſq3 iſrl̄ ꝑturbatus eſt. Duo [c] aūt viri principes latronū erāt filio [d] ſaul: nomē vni bānaa: ⁊ nomē alteri rechab filij remmon berothite de filijs beniamin Siqdē ⁊ beroth reputata eſt bēiamin. Et fugerūt berothite in gethaim: fueruntq3 ibi aduene vſq3 ad tp̄s illud. Erat [e] aūt ionathe filio ſaul fili⁹ debilis pedib⁹. Quinquēnis eni fuit q̄n venit nūcius d̄ ſaul ⁊ ionatha ex iezrahel. Tollēs itaq3 eū nutrix ſua fugit. Cūq3 feſtinaret vt fugeret: cecidit ⁊ claudus effect⁹ eſt: habuitq3 vocabulū miphiboſeth. Venietes igit̄ filij remmō berothite rechab ⁊ bānaa ingreſſi ſunt feruēte die domū yſboſeth: q dormiebat ſup ſtratū ſuum meridie: ⁊ [f] oſtiaria dom⁹ purgāſ triticū obdormiuit. Ingreſſi [g] ſunt aūt domū latēter aſſumentes ſpicas tritici: ⁊ ꝑcuſſerūt eū in igui ne rechab et bānaa frater ei⁹ ⁊ fugerūt. Cū aūt ingreſſi fuiſſent domū: ille dormiebat ſup lectū ſuū in cōclaui: ⁊ ꝑcutiētes iterfecerūt eū3 Sublatoq3 capite ei⁹ abierūt ꝑ viam deſerti tota nocte: ⁊ attulerūt caput yſboſeth ad dauid in hebron. dixerūtq3 ad regē. Ecce caput yſboſeth filij ſaul inimici tui q q̄rebat aīam tuā: ⁊ dedit dñs dño nr̄o regi vltionē hodie de ſaul ⁊ de ſemine ei⁹. Rñdēs [h] aūt dauid rechab ⁊ bannaa fratri ei⁹ filijs remmon berotithe: dixit ad eos. Viuit dñs q eruit aīam meā de oī anguſtia: quoniā eū qui annunciauerat mihi ⁊ dixerat mortu⁹ eſt ſaul q putabat ſe ꝓſpera nūciare: tenui ⁊ occidi eū in ſiceleech cui oportebat me mercedē dare ꝓ nuncio. Quanto magis nūc cū hoīes impij interfecerūt virū innoxiū in domo ſua ſuper lectū ſuū nō querā ſanguinem eius de manu vr̄a: ⁊ auferā vos d̄ terra. Precepit itaq3 dauid pueris ſuis: ⁊ interfecerūt eos. p̄cidēteſq3 [i] man⁹ ⁊ pedes eoꝝ ſuſpēderūt eos ſup piſcinā in hebrō. Caput [k] aūt yſboſeth tulerūt ⁊ ſepelierūt in ſepulcro abner in hebrō.

V [a] venerūt vniuerſe tribus iſrl̄ ad dauid in Cap. v.
hebron dicētes. Ecce [b] nos os tuum ⁊ caro tua ſum⁹: ſ3 ⁊ heri ⁊ nudiuſtercius cū [c] eēt ſaul rex ſup nos tu eras educēs ⁊ [d] reducens iſrael. Dixit [e] autē dñs ad te. Tu paſces pplm meū iſrl̄: ⁊ tu eris dux ſuper iſrael. Venerūt [f] quoq3 ⁊ ſeniores iſrael ad regē in hebron: ⁊ ꝑcuſſit cū eis rex dauid fedus in hebron coram dño: vnxerūtq3 [g] dauid in regē ſuper iſrael. Fili⁹ [h] triginta annorum erat dauid cū regnare cepiſſ3 ⁊ quadragita annis regnauit. In hebron regnauit ſuper iudā ſeptē annis ⁊ ſex mēſibus: in hieruſale3 aūt regnauit trigintatrib⁹ annis ſuper oēm iſrl̄ ⁊ iudā. Et [i] abijt rex ⁊ oēs viri qui erāt cū eo in hieruſalē ad iebuzeū habitatorē terre. Dictūq3 [k] eſt dauid ab eis. Nō ingre

b Ecce nos os tuū et ca. tua. q: oēs trib⁹ d̄ſcēderant d̄ iacob c Cū eēt ſaul rex ſup nos tu eras educēs. ſ. populū ad bellū. d Et reducēs. h. ab ita d̄ aduerſarijs victoria. e Dixit aūt dñs. ⁊c. q. d. ex h̄ p3 ꝙ tu debes ſuſcipe honores ⁊ on⁹ regni. q: h̄ eſt de volūtate dei. f Venerūt q3 ⁊ ſeniores. in q̄b⁹ ſtabat auctoritas ⁊ regimē ppl̄i. g Vnxerūtq3 dauid in regē. ⁊ ſic fuit ter vnct⁹. ſicut dictū eſt. ſ. ij. capitulo. h Fili⁹. xxx. ānorū erat. i. etat̄. xxx. annoꝝ. cetera patēt i Et abijt rex. h̄ oñr oñdit q̄lit̄ fuit famā adeptus. ⁊ h̄ ex q̄tuor. ꝑ expellēdo inimicos iteriores. ſcḋo cōfederādo amicos exteriores. ibi. Miſit q3 hirā. tercio mlt̄iplicādo amicos iteriores. ibi. Accepit g̃ dauid quarto his debellādo inimicos ei⁹ exteriores. ibi. Audierūt g̃. Circa p̄mū ſciēdū ꝙ inimici iteriores erāt iebuſei habitatores hierl̄m q̄ nō expulerāt filij iuda. ſic dictū fuit Joſue. xv. ⁊ iō dauid imediate p⁹ regnū itegraliter adeptum iuit ad eos debellādum ſm qḋ dr̄ h̄.

ſeruient: b Rñdēs aūt dauid. h̄ oñr ponit̄ occiſionis yſboſeth iuſta punitio. q: dauid p̄cepit homicidas illos occidi: eo ꝙ interfecerāt dñm ſuū doloſe ⁊ ducti cupiditate. vt p3 ex p̄dict̄. Et p3 lr̄a vſq3 ibi. i Precidēteſq3 man⁹. ⁊c. loco patēti ⁊ cōi: in deteſtationē criminis: ⁊ ad declaratōem innocētie dauid. vt oī pplo iſrl̄ notū fieret ꝙ illa occiſio yſboſeth nō fuerat fcā d̄ volūtate ſeu mādato ipſi⁹ dd̄. k Caput aūt yſboſeth. ⁊c. honorifice tm̄ cū p̄ncipe ſue militie. Ca. v.
V venerūt. h̄ oñr deſcribit̄ inſtitutio ipſi⁹ dauid integralis. ⁊ ſic deinceps in h̄ libro agit̄ de regno ei⁹ integro: in q̄ aliq̄n floruit innocent: ⁊ ſic fuit a deo exaltat⁹. aliq̄n vixit inſolēter: ⁊ tūc fuit ab eo caſtigat⁹. Primo g̃ agit̄ de ei⁹ innocētia in ꝓſpis. ſcḋo de ei⁹ pn̄ia in peccat̄ ⁊ patiētia in aduerſis. xi. ca. Circa p̄mū p̄ deſcribit̄ ei⁹ ꝯfirmatio ſup totū regnū. ſcḋo ei⁹ deuotio erga deū. c. vi. tercio ei⁹ ꝯcertacio ꝯ ad

ſm qḋ dr̄ h̄. k Dictūq3 eſt dauid. ⁊c. illud exponit̄ dupliciter. Dicūt eni doctores nr̄i cōiter ꝙ illi iebuzei in fortitudine muroꝝ ſuoꝝ ꝯfidētes: poſuerāt aliq̄s homies cecos ⁊ claudos ad ꝓpugnacula in ꝯtēptū exercit⁹ dauid. q. d. tales hoīes ſufficerēt ad defendendū fortaliciū. Sile aūt hui⁹ hr̄ Ezech. xxvij. d̄ ciuitate tyri: vbi dr̄. Pigmei q̄ erāt in turrib⁹ tuis pharetras ſuas ſuſpenderūt in muri tuis ꝑ gyrū. ipi cōpleuerūt pulcritudinē tuā. qḋ exponunt aliq̄ doctores de q̄buſdā paruis hoib⁹: q̄ ſunt cubital̄ magnitudis tm̄. ⁊ tales fuerūt poſiti in turrib⁹ tyri ad oſtētatō3 fortitudinis loci. q. d. tales ſufficerēt ad defendēdū turri. Rab. ſal. dicit ꝙ iſti ceci ⁊ claudi erāt due imagines: q̄rū vna repn̄tabat yſaac qui in fine fuit cecus. vt hr̄ Gen̄. xxvij. ⁊ alia iacob q̄ claudicabat ex luctu cū angelo. vt hr̄ Gen̄. xxxij. Dicit igit̄ ꝙ iebuzei q̄ erant in



hieruſalem deſcēderant de abimelech cum quo iniit fedus ⁊ iuramētū abraā. vt hr̄ Gen̄. xxi. ⁊ iō vidētes poſteri ei⁹ filios abrae creſcētes: timuerūt ne aliq̄n vellēt eos inuadere. ⁊ iō poſuerūt predictas duas imagines in parte ſupiori ſui fortalicij. ⁊ in ore cuiuſlibet magis erat ſcp̄tū iuramētū abrae. q̄ſi dicerēt: poſteri abrae nō p̄nt hūc locū ſuadere. ⁊ ſm h̄ dicūtur odiētes aīam dauid vt h̄ hr̄. inſtrum reputabāt eū trāſgreſſorē iuramēti abrae. ⁊ p oñs odibiles yſaac ⁊ iacob cuius erāt imagies. Dicunt etiam ceci ⁊ claudi i plurali: l3 eēt vna imago repn̄tans cecus ⁊ alia claudum. eo mō loquēdi q̄ i ſacra ſcptura aliq̄n ponit plurale p ſingulari. ſic Exo. xxxij. dr̄. Iſti ſunt dij tui iſrl̄. ⁊ tamē erat ibi vnū idolū tm̄. dauid āt licite ⁊ h̄ inuaſit locū illū. q: iuramētu3 abrae nō fuerat ad ſemp: eo ꝙ terra illa erat p̄miſſa abrae ⁊ ſemini ei⁹ ſ3 vſq3 ad tp̄s certū q̄ nōdū trāſierat q̄n ioſue cepit terrā: ꝑpt̄ qḋ filij iuda q̄n ceperunt partē ciuitat̄ hieruſalē nō potuerūt tūc expellere iebuſeu3. ſic dictū fuit Joſue. xiiij. in fine. ſed tpe dauid p̄dictū tp̄s trāſierat. vt dicit Rab. ſal̄. ⁊ iō licite eos impugnauit. ſm h̄ igit̄ lr̄a diuerſimode eſt exponēda in aliq̄b⁹.

f Miſit quoq3. hic conſequenter oſtenditur qualiter dauid amicos exteriores multiplicauit faciēdo amicitiā cū rege tyri. g Et ligna cedria propt̄ amicitiā ꝯtractā int̄ iſtos miſit eis ligna de terra ſua per mare h Et artifices lignoꝝ. ⁊c. q: in terra illa nō inueniūt̄ ita bona ligna: nec artifices ita expti ſic in regno tyri. ſm ꝙ hr̄. j. iij. li. v. c. i Et cognouit dauid. ⁊c. q: videbat facta ſua in omibus ꝓſperari nec erat aliq̄s in regno iſrael q̄ auderet ſeu vellet aliq̄d ꝯ eū machiari. vł forte h̄ habuit p diuinā reuelatō3. k Accepit g̃. h̄ oñr oñditur q̄liter multiplicauit amicos interiores p h̄ ꝙ de nouo accepit vxores plures ad multiplicādū plē q̄ coniungeret̄ in mrimonium cū nobiliorib⁹ ⁊ potētioribus regni ſui. ⁊ ſic eēnt ei affinitate coniuncti ad maiorē firmitatem regni ſui. l3 eni de diuia protectione ꝯfidaret: nō tamē debebat ſe omittere ea q̄ p humana prouidētia ad regni ſui ſtabilitatē. et p3 lr̄a h̄ excepto qḋ dr̄ hic. l Cōcubinas ⁊ vxores. ⁊c. ⁊. nō tenet̄ h̄ copulatiue ſ3 expoſitiue. p id eſt. ille eni fuerūt vere vxores ſue ſ3 dicūt̄ cū h̄ ꝯcubine eo ꝙ erāt ſcḋarie ⁊ nō p̄ncipales. m Audierūt g̃. h̄ oñr oñdit q̄liter his expugnauit inimicos exteriores. ſ. philiſteos. cōſuluit p̄ dñm vt p ei⁹ auxiliū dirigeret̄ ⁊ ꝓtegeretur. Et p3 lr̄a vſq3 ibi. n Venit g̃ dauid in baalpharaſim. iſtud nomē ponit̄ h̄ p anticipatōem q: ſic vocat⁹ eſt ille loc⁹ ex victoria qua3 habuit dauid. ſm qḋ ſubditur. o Et dixit dauid. diuiſit dñs inimicos ⁊c. Aqua eni ꝓpt̄ ſui mollicie facilit̄ diuidit̄. ſic philiſtei adeo territi ⁊ molles ⁊ effeminati effecti fugerūt corā dauid ꝑ vias diuerſas ſe diuidēdo. q: mod⁹ fugiētiū de p̄lio eſt diuiſim recedere. ſic ecōtrario mod⁹ veniētiū ad p̄liū eſt ꝯiunctim ⁊ vnite incedere. p Propterea vocatū eſt nomē loci illi⁹ baalpharaſim. a baal qḋ eſt cāp⁹ ſeu planities. ⁊ phares qḋ eſt diuiſio: quaſi cāpus ſeu loc⁹ diuiſionis.

dicis huc: niſi abſtuleris [l] cecos ⁊ claudos dicētes. Nō igredietur dauid huc. Cepit [m] aūt dauid arcem ſyon: hec [n] eſt ciuitas dauid. Propoſuerat [o] eni dauid i die illa p̄miū q ꝑcuſſiſſet iebuſeū: ⁊ tetigiſſ3 [p] domatū fiſtulas: ⁊ abſtuliſſ3 [q] cecos ⁊ claudos odiētes [a] aīam dauid. Idcirco [b] dr̄ in ꝓuerbio. Cec⁹ ⁊ claudus nō intrabūt in tēplū. Habitauit aūt dauid in arce ſyon: ⁊ vocauit eā ciuitatē dauid: ⁊ [c] edificauit ꝑ gyrū a mello [d] ⁊ intrinſec⁹. Et ingrediebat̄ ꝓficiēs atq3 ſuccreſcēſ ⁊ [e] dñs d̄s exercituū erat cū eo. Miſit [f] quoq3 hyrā rex tyri nūcios ad dauid ⁊ [g] ligna cedrina ⁊ [h] artifices lignoꝝ: artificeſq3 lapidū ad parietes: ⁊ edificauerūt domū dauid. Et [i] cognouit dauid q̄m ꝯfirmaſſet eū dñs regē ſup iſrl̄: ⁊ q̄m exaltaſſet regnū ei⁹ ſup pplm ſuū iſrl̄. Accepit [k] ergo dauid adhuc cōcubinas [l] ⁊ vxores de hieruſalē poſt q̄3 venerat ad hebrō. Natiq3 ſunt dauid ⁊ alij filij ⁊ filie: ⁊ hec noia eoꝝ q nati ſunt ei in hieruſalē. Samua ⁊ ſobab ⁊ nathan ⁊ ſalomō ⁊ iabaar ⁊ heliſua ⁊ nepheg ⁊ iaphia ⁊ heliſama ⁊ helida ⁊ heliſeleth. Audierūt [m] ergo philiſtijm ꝙ vnxiſſent dauid i regē ſup iſrl̄ ⁊: aſcēderūt vniuerſi vt quererēt dauid. Qḋ cū audiſſet dauid: deſcēdit in ꝓſidiū. Philiſtijm āt veniētes diffuſi ſūt in valle raphaim. ⁊ ꝯſuluit dauid dñm dicēs. Si aſcēdam ad philiſtijm: ⁊ ſi dabis eos in manu mea? ⁊ dixit dñs ad dauid. Aſcende q: tradēs dabo philiſtijm i manu tua. Venit [n] ergo dauid i baalpharaſim: ⁊ ꝑcuſſit eos ibi ⁊ [o] dixit Diuiſit dñs inimicos meos cora3 me: ſic diuidunt̄ aq̄. Propterea [p] vocatū eſt nomē loci illi⁹ baalpharaſim. Et [q] reliq̄runt ibi ſculptilia ſua q̄ [r] tulit dauid ⁊ viri ei⁹. Et [s] addiderūt adhuc philiſtijm vt aſcenderēt: ⁊ diffuſi ſunt in valle raphaim. Cōſuluit aūt dauid dñm. Si aſcēdā ꝯtra philiſteos: ⁊ tradas eos i man⁹ meas? q rñdit. Nō aſcēdas ꝯtra eos: ſ3 gyra poſt tergū eoꝝ: ⁊ venies ad eos ex aduerſo piroꝝ. Et [t] cū audieris ſonitū gradientis in cacumie piroꝝ: tūc inibis p̄liu3 q: tūc [u] egredietur dñs an̄ faciē tuam vt ꝑcutias caſtra philiſtijm. Fecit

l Niſi abſtuleris cecos. ⁊c. ſm doctores nr̄os cōiter q̄ dicūt iſtos cecos ⁊ claudos fuiſſe hoīes: ⁊ p ꝯñs potentes loq̄ ipſi dicebāt v̄ba iſta dauid deriſorie. Scḋm rab. Sa. q̄ dicit eos fuiſſe imagies dicebāt h̄ interp̄tatiue p ſcp̄turā in ore eoꝝ poſitā mō p̄dicto. m Cepit aūt dauid arcē. i. fortaliciū ipſoꝝ iebuſeoꝝ: qḋ dicebat̄ arx ſyon. i. ſpecula. q: īde poterat lōge videri. n Hec eſt ciuitas dauid. ex tūc eā ſuo noie denoīauit: q̄lit̄ aūt accepit h̄ fortaliciū. ſubditur cū dr̄. o Propoſuerat eni dauid ⁊c. q̄le aūt fuerit iſtḋ p̄miū nō dr̄ h̄. ſ3 hr̄. i. Paral̄. xi. vbi dr̄. Dixitq3 dauid q̄ ꝑcuſſerit iebuzeū in p̄mis erit p̄nceps ⁊ dux. ſ. militie. ⁊ ſequit̄ ibidē. Aſcendit g̃ p̄mus ioab fili⁹ ſaruie: ⁊ fact⁹ eſt p̄nceps. p Et tetigiſſ3 domatū fiſtulas. i. ſtillicidia q̄ erāt in tect̄ domoꝝ. q Et abſtuliſſet cecos ⁊ claudos. i. hoīes tales: vel imagies: ſm duplicē modū dicēdi p̄dictū. q: ſm vtrāq3 opiōnē erāt ibi. a Odiētes aīa3 dauid. ſi erāt hoīes odiebāt vere. ſi imagies repn̄tatiue. ꝓut eſt. ſ. expoſitū. b Idcirco dr̄ in ꝓuerbio. Cecus ⁊ claud⁹ ⁊c. Leuit. xxi. ſcribit̄ ꝙ cecus ⁊ claud⁹ nō debēt intrare tēplū ad exercendū ſacerdotū miniſteriū. ⁊ illa ſcp̄tura ex iſto fcō tracta eſt ad prouerbiū. i. vt vulgarit̄ int̄ hoīes diceret̄. c Et edificauit per gyrū. q: dilatauit edificia illa. d A mello ⁊ intrinſecus. Mello erat q̄dā vorago q̄ erat an̄ fortaliciū p̄dictū: ita tm̄ ꝙ int̄ voraginē illā ⁊ murū fortalicij erat terre ſpaciū in q̄ dauid illa edificia ꝯſtruxit. e Et dñs d̄s. ⁊c. eū in ſuis opib⁹ māifeſte dirigēdo

q Et reliq̄rūt ibi ſculptilia ſua q̄ apportauerāt ſperātes ꝯſeq̄ victoriā per ipſa. r Que tulit dauid. in hebreo hr̄. Et cōbuſſit ea dauid. ⁊ ꝙ hec ſit v̄a lr̄a p3 ꝑ id qḋ dr̄. i. Paral̄. xiiij. de iſtis ydol̄. Et tulit ea dauid ⁊ iuſſit ea cōburi. q: p̄cepta erat in lege ꝙ aurū ⁊ argētū ſeu aliq̄d aliud de ydolis nō cōcupiſcerēt. ſ3 oino deſtruerent. vt hr̄ Deut̄. vij. s Et addiderūt adhuc. q: collegerūt maiorē exercitū q̄3 p̄us vt ſe vindicarent Et p3 lr̄a vſq3 ibi. t Et cū audieris ſonitū. ⁊c. ſignū erat angeloꝝ veniētiū in auxiliū dauid ad debellādū aduerſarios. ideo ſubditur.
v Tunc egredietur dñs. i. diuina v̄tus in angelis a deo miſſis.
In cap. v. vbi dr̄ in poſtilla. Ra. ſalo. dicit ꝙ iſti ceci ⁊ claudi erant due imagines. quarū vna repn̄tabat yſaac. Additio.
Ex expoſitio Ra. ſalo. videt̄ aliq̄ falſa p̄ſupponere ⁊ q̄dā alia incerta: q̄ nullū hn̄t fundamētū in ſacra ſcp̄tura ſubiūgere. Primū p3. Nā p̄ſuppōit ꝙ iebuzei deſcēderāt de abimelech cū q̄ abraā iniuit fedus ⁊ iuramētū. ⁊c. qḋ eſt falſum. Nā abimelech erat rex philiſtinoꝝ. vt p3 Gen̄. xxi. ⁊ xxvi. Philiſtei aūt deſcēderūt a meſraim ſcḋo filio cham p3 Gen̄. x. Jebuſei v̄o deſcēderūt a chanaan q̄rto filio eiuſdē cham filij noe. vt p3 ibidē. ⁊ ſic p3 falſitas huius p̄ſuppoſiti. Preterea



Universidad de Salamanca. BGH

preſupponit ſecundo q poſteri abrae non poſſent inuadere hieruſalem: ratione predicti iuramenti. quod eſt falſum. nam in predicto federe cum abimelech inito licet abraam iurauit non nocere abimelech nec poſteris ſuis ſeu ſtirpi ſue: non tamen iurauit q poſteritas abrae non noceret poſteritati abimelech. vt patet in predicto cap. Gen. xxi. aſpicienti formam illius iuramenti. ſimiliter et Gen. xxvi. abimelech confederauit ſe cum yſaac cum iuramento. quod non oportebat facere ſi iam abraam iuraſſet pro poſteritate ſua. et ſic dato q iebuzei deſcenderant ab abimelech: adhuc poſſent filij iſrael eos inuadere. ſecundum patet. nam dicitur q iuramentum abrae fuerat ad tempus certum: quod nondum tranſierat quando Joſue cepit terram. ſed tempore dauid iam tempus illud tranſierat: que quidem preſuppoſita nullam auctoritatem videntur in ſacra ſcriptura habere. vnde de tali expoſitione non videtur mentio eſſe facienda. Alia vero expoſitio doctorum eſt ſatis applicabilis litere. ſed tamen eſt alius dicendi modus qui forte magis litere adaptatur. et eſt talis videlicet q ceci et claudi illi erant ſimulacra deorum iebuſeorum ſuper poſita in ſummis fortalicijs ſuis: que quidem iebuzei ſuos deos cecos et claudos nominabant ſecundum extimationem dauid: qui illos deos improperando dicebat. Oculos habent et non videbunt. pedes habent et non ambulabunt. et ideo credentes q dauid non toleraret in illa ciuitate regia ſimiles deos nec cultum eorum excuſabant ſe a receptione dauid dicentes. Non ingredieris huc niſi abſtuleris cecos et claudos. q. d. ſcimus q ſi tu poſſideres illum locum auferres deos noſtros quos reputas cecos et claudos. quod nos nullo modo permitteremus. vnde oportet q eos potenter auferas ſi vales. quia non ſponte eos trademus tibi. vnde dauid de hoc indignatus poſtq cepit arcem ſyon potenter poſuit premium faciendo tria in debellatione iebuzeorum. primo illi qui primo percuſſiſſet iebuzeum. quod eſt contra perſonas eorum. ſecundo illi qui tetigiſſet domorum fiſtulas. et hoc contra ſuſtentationes eorum. hieruſalem enim non habebat aquam intra muros: ſed ex pluuialibus aquis in ciſternis collectis ſuſtentabantur. vnde frangendo ſtillicidia illa. ſ. fiſtulas per quas aqua pluuialis fluebat maxime affligerentur. tercio ordinauit contra deos eorum dicens. Qui abſtuliſſet cecos et claudos etc. hoc eſt ſimulacra iebuzeorum. vt dictum eſt. Et nota q ibi tranſlatio noſtra dicit: cecos et claudos odientes animam dauid. veritas hebraica habet cecos et claudos quos odiebat anima dauid. quod videtur facere pro iſta expoſitione. nam dauid propter odiebat talia ſimulacra tanq inimica diuino cultui. iuxta illud pſalmi. Nonne qui oderunt te domine oderam. ſimiliter iuxta illud quod ſequitur. Idcirco dicitur in prouerbio. Ceci et claudi non intrabunt in templum domini. videtur magis adaptari ad iſtam expoſitionem ſic. nam iſte locus fuit aſſignatus diuino cultui a tempore quo abraam voluit immolare yſaac Gen. xxij. Et ibidem iacob vidit ſcalam Gen. xxviij. Et ibidem fuit fundatum templum per ſalomonem. vt. j. iij. li. c. vi. et. ij. Paralip. iij. et ideo ibi erat templum domini edificandum in quo nulla immundicia ydolatrica debebat habere ingreſſum: ſed ſolus deus erat adorandus et colendus. et ideo tanq preſagium huius boni futuri quaſi prouerbialiter dicebatur. Non intrabit cecus et claudus in templum domini. quaſi diceretur. vere prenoſticauerunt iebuzei q in templum domini in hac ciuitate edificandum: non intrabunt ceci et claudi. hoc eſt dij gentium. qui ceci et claudi dicuntur. vt dictum eſt.

Replica.

In ſecundo libro regum. v. c. vbi poſtilla adducit rab. ſal. non vt eius dicta approbet: ſed vt obſcure dictum de cecis et claudis aliqualiter elucidet Burgen. rationabiliter quedam dicta rab. ſal. abijcit de cecis et claudis. et extorta ſententiam ſupaddit contra communem doctorum noſtrorum expoſitionem afferens per cecos et claudos intelligi deos iebuzeorum qui ſuos deos ſic nominabant. quia dauid de dijs gentium dixerat. oculos habent et non videbunt etc. Sed extraneum videtur q propter dictum dauid iebuſei ſuos deos dicerent cecos. Dauid enim fuit iebuſeis et dijs gentium contrarius. vnde ſimile videtur q ſi quis infidelis blaſphemus deo vero imponeret nomen turpe. et fideles de deo vero loqui volentes vterentur blaſphemantis nomine. ita et infidelis audiens ydola contemptibiliter cecos per ſuum aduerſarium nominari: ſeu ſuo nomine aduerſario conformaret. quod potius reprobaret: nec fortaſſe ille modus loquendi de dijs gentium erat apud dauid in vſu. quia nondum ille pſalmus factus videtur fuiſſe qui loquitur de deorum cecitate: nec fortaſſe iebuzei ſibi putaſſent honeſtum deos ſuos exponere ſuper muros vbi ſagittis impeti potuiſſent. quod tamen de cecis et claudis hoc dicitur: nec nobis foret honeſtum ſacramentum ſic ponere in locum vbi non perciperetur eidem. Eſt igitur extorta expoſitio Burg. et ſi vt dicit

Burgen. hebraica littera habeat. cecos et claudos quos odiebat anima dauid: hoc bene ſtat cum noſtra tranſlatione et doctorum noſtrorum expoſitione. nam ſtant bene ſimiliter q ipſi ceci qui ad deridendum dauid ſuper fortalicia poſiti oderant animam dauid: et q dauid oderat eos. Nec vere applicatur gen. prouerbium iebuzeorum. Ceci et claudi non intrabunt in templum. quaſi prenoſtice verus dixerint q dij gentium non eſſent ingreſſuri. quia contra hu' habetur ex daniele et euangelio Math. vbi dicitur. Abominationem deſolationis ponendam in templo. et fortaſſe hodie templum hoc prophanatum tibus deſeruit. ſic vt tempore archa. Capitulum. vj.

itaq; dauid ſicut preceperat ei dominus: et percuſſit philiſtijm de gaba vſq; dum venias gezer. Capitulum. vj.

Ongregauit[a] autem rurſum dauid omnes electos ex iſrael triginta milia. Surrexitq; dauid et abijt: et vniuerſus populus qui erat cum eo de viris iuda: vt[b] adducerent archam dei: ſuper quam inuocatum eſt nomen domini exercituum ſedentis in cherubin ſuper eam. Et[c] impoſuerunt archam dei ſuper plauſtrum nouum. Tuleruntq;[d] eam de domo aminadab qui erat in gabaa. Oza autem et haio filij aminadab minabant plauſtrum nouum. Cumq; tuliſſent eam de domo aminadab qui erat in gabaa cuſtodiens archam dei: haio precedebat archam dei. Dauid[e] autem et omnis iſrael ludebant coram domino in omnibus lignis fabrefactis et cytharis: et lyris: et tympanis: et ſiſtris: et cymbalis. Poſtq;[f] autem venerunt ad aream nachor extendit oza manum ad archam dei: et tenuit eam: quoniam calcitrabant boues et declinauerunt eam Iratuſq; eſt indignatione dominus contra ozam et percuſſit eum ſuper temeritate: qui mortuus eſt ibi iuxta archam domini. Contriſtatus[g] eſt autem dauid eo q percuſſiſſet dominus ozam: et vocatum eſt

Congregauit at. Hic conſequenter oſtendit deuotio dauid erga deum. et hoc quantum ad duo. primo quantum ad archam dei ducendam ad locum ſolennem. hierlm. ſecundo quantum ad domum domini edificandam. c. vij. Circa primum deductio arche incipitur ſecundo ex timore interrumpitur. ibi. Poſtq autem peruenerunt. tercio deductio perficitur. ibi. Nunciatumq; eſt. Circa primum dicitur. a Congregauit autem etc. quia talis tranſlatio arche debebat fieri cum magna ſolennitate.

b Ut adducerent. etc. ſic enim dictum fuit Exod. xxv. ſuper archam erat propiciatorium: quod erat quaſi ſedes dei in oraculis reſponſa. c Et impoſuerunt etc. iſto modo remiſerant eam principes philiſtinorum. vt habetur. li. i. vi. c.

d Tuleruntq; eam. etc. contrarium videtur. i. Paralip. xiij. vbi dicitur. et aſcendit dauid et omnes viri iſrael ad collem cariathiarim: que eſt in iudea: vt auferret inde archam domini. Dicendum q cariathiarim et gabaa erant loca ſatis propinqua. et in cariathiarim primo congregatus eſt populus ad dauid et inde tranſierunt ad deducendum archam que erat in gabaa. et inde ducendo eam tranſierunt per cariathiarim. et ſic intelligendum eſt illud quod eſt inductum de Paralip. vltimus enim locus in quo manſerat archa antequam per dauid transferretur in domum obededon fuit gabaa. ſicut dictum fuit. ſ. i. li. vij. cap.

e Dauid autem etc. iſte ludus non erat diſſolutionis: ſed deuotionis: iuxta illud pſalmi. lxxxiij. Cor meum et caro mea exultauerunt in deum viuum.

f Poſtq autem. hic deductio arche interrumpitur propter mortem oze repentinam. cuius cauſa fuit: vt dicunt hebrei. quia fecerat poni archam ſuper plauſtrum cum tamen deberet portari in humeris leuitarum. vt habetur Nu. vij. et in pluribus alijs locis. et propter hoc quando ſecundo fuit portata de domo obededom fuit portata in humeris. vt patet. j. eodem. c. et. i. Paralip. xiij. q autem ſic deberet portari: oza nullo modo debebat ignorare. Preterea peccauit in hoc q voluit aſſimilari philiſteis infidelibus in arche deportatione. vt patet ex predictis. fuit tamen percuſſus a deo quando archam tetigit inclinatam ex recalcitratione boum portantium ipſam: quia tunc fuit manifeſtum q non debebat ſic portari: ſed humeris hominum rationabilium. quorum deportatione ſic non fuiſſet inclinata. q autem aliqui dicunt q fuit percuſſus a domino: eo q archam nudam tetigit. non habet apparentiam: quia archa portabatur inuoluta panno ne videretur nuda a leuitis eam portantibus: et a populo ne morerentur ſubito ſicut habetur Nu. iiij. et. ſ. i. li. vi. c. Iterum ſciendum q iſte oza ſolus fuit percuſſus et non frater eius cum eo: quia principalis erat et illa temeritas erat de eius ordinatione et mandato. g Contriſtatus eſt autem dauid non de diuina iuſticia: ſed magis de oze offenſa: propter quam meruerat a domino percuti. h Extimuit dauid dominum. etc. ex ſecundo enim illo timuit ne eet indignus deducere archam ad domum ſuam. ideo ſubditur. i Sed diuertit eam. etc. Iſte autem obededom erat de leuitis. vt habetur. i. Paralip. xvi. Dicitur autem getheus. quia ibi. ſ. in geth fuerat cum dauid fugiente ſaulem

k Et benedixit dominus obededon. multiplicando eum in bonis ſpiritualibus et temporalibus eo q circa archam domini reuerenter ſe habuit et deuote.

l Nunciatumq; eſt. hic conſequenter deductio arche interrupta perficitur. vbi primo oſtenditur ipſius dauid deuota iocunditas reſpectu dei. ſecundo ampla liberalitas reſpectu populi ibi. Cumq; compleſſet. tercio vera humilitas reſpectu ſui. ibi. Reuerſuſq; eſt dauid. Circa primum dicitur. l Nunciatumq; eſt. etc. et ideo confidens de dei miſericordia voluit archam



adducere ad domum ſuam: vt benedictio dei eſſet ſuper ipſum et ſuper domum ſuam: et ſic fecit. et patet litera vſq; ibi. m Et erant cum dauid. etc. iſte verſus non eſt in hebreo nec in libris correctis: et ideo non expono: quia appoſitus eſt ab hominibus imperitis. n Et dauid percutiebat. etc. i. ad armum ligatis. ſicut ſunt organa portabilia. o Porro dauid etc. depoſuerat enim inſignia regalia vt humiliaret ſe coram deo et acceperat veſtem ſimilem leuitis coram deo miniſtrantibus.

p Et deſpexit eum michol in corde ſuo eo q in tanta ſolennitate non apparebat in habitu regio

q Et obtulit etc. id eſt oblationes totaliter incenſas ad honorem diuinum.

r Et pacifica. id eſt oblationes quarum vna pars incendebatur ad honorem diuinum. alia erat ſacerdotum et alia offerentium. ſicut plenius dicitur in leuitico in pluribus locis

s Cumq; compleſſet hic conſequenter oſtenditur ipſius dauid liberalitas reſpectu populi. et primo in ſpiritualibus: cum dicitur.

t Benedixit populo id eſt bona imprecatus eſt. ſecundo in temporalibus: cum dicitur.

v Et partitus eſt vniuerſe multitudini iſrael. etc. collyridam panis. i. panem tenuem. x Et aſſaturam. etc. i. vnam portionem talis carnis aſſate.

y Et ſimilam frixam. ſimila eſt farina tritici delicatiſſima: ex qua cum aqua temperata fiebat paſta: et oleo frigebatur: et per portiones populo diuidebatur.

z Reuerſuſq; eſt hic oſtenditur humilitas dauid reſpectu ſui quia reuerſus in domum ſuam vt benefaceret illis de domo ſua: ſicut fecerat illis extraneis. michol vxor eius improperauit ei. eo q in tanta ſolennitate non apparuerat in ornatu regio dicens. a Quam glorioſus fuit. etc. q. d. in nullo. imo vilis et inglorius. b Diſcooperiens ſe. quia regalia inſignia depoſuerat ex humilitate: que magis placet deo q ornatus regis. vnde de heraclio imperatore legitur: q cum reportaret crucem in hierlm choſdro rege deuicto. et ſedens in equo et ornatus inſignijs imperialibus portans crucem non potuit ingredi hierlm: donec depoſitis omnibus humiliter venit peditando

c Ante ancillas ſeruorum ſuorum. i. ita publice q perſone etiam viles poterant hoc videre. q. d. peius eſt q ſi fuiſſet factum ſecrete. d Quaſi ſi nudetur. etc. q. d. non fuit diſtinctio in habitu regis a vilibus perſonis.

e Dixitq; dauid. humiliter reſpondendo. f Viuit dominus. i. per viuentem deum. g Ludam ante dominum, mente et corpore exultando.

nomen loci illius percuſſio oze vſq; in diem hanc. Et[h] extimuit dauid dominum in die illa dicens. Quomodo ingredietur ad me archa domini: et noluit diuertere ad ſe archam domini in ciuitatem dauid: ſed[i] diuertit eam in domum obededom gethei. Et habitauit archa domini in domo obededom gethei tribus menſibus: et[k] benedixit dominus obededom: et omnem domum eius. Nunciatumq;[l] eſt regi dauid q benedixiſſet dominus obededom: et omnia eius propter archam domini. dixitq; dauid. Ibo et reducam archam cum benedictione in domum meam. Abijt ergo dauid et adduxit archam dei de domo obededom in ciuitatem dauid cum gaudio: et[m] erant cum dauid ſeptem chori et victima vituli Cumq; tranſcendiſſent qui portabant archam domini ſex paſſus: immolabant boues et ouem et arietem: et[n] dauid percutiebat in organis armigatis: et ſaltabat totis viribus ante dominum. Porro[o] dauid erat accinctus ephot lineo: et dauid et omnis domus iſrael ducebant archam teſtamenti domini in iubilo et in clangore buccine. Cumq; intraſſet archa domini in ciuitatem dauid michol filia saul proſpiciens per feneſtram: vidit regem dauid ſubſilientem atq; ſaltantem coram domino: et[p] deſpexit eum in corde ſuo Et introduxerunt archam domini: et impoſuerunt eam in loco ſuo in medio tabernaculi quod tetenderat ei dauid: et[q] obtulit dauid holocauſta coram domino et[r] pacifica. Cumq;[s] compleſſet offerens holocauſta et pacifica: benedixit[t] populo in nomine domini exercituum: et[v] partitus eſt vniuerſe multitudini iſrael tam viro q mulieri ſingulis collyridam panis vnam: et[x] aſſaturam bubale carnis vnam: et[y] ſimilam frixam oleo: Et abijt omnis populus vnuſquiſq; in domum ſuam. Reuerſuſq; eſt dauid ut benediceret domui ſue: et egreſſa michol filia saul in occurſum dauid ait. Quam glorioſus[a] fuit hodie rex iſrael: diſcooperiens[b] ſe ante[c] ancillas ſeruorum: et nudatus eſt quaſi[d] ſi nudetur vnus de ſcurris. Dixitq;[e] dauid ad Michol. Viuit[f] dominus: quia[g] ludam ante dominum qui elegit me potius q patrem tuum: et q omnem domum eius: et precepit mihi vt eſſem dux ſuper populum domini in iſrael: et[h] ludam et vilior fiam plus q factus ſum: et ero humilis in oculis meis: et[i] cum ancillis de quibus locuta es glorioſior apparebo. Igitur[k] michol filie saul non eſt natus filius vſq; in diem mortis ſue. Capitulum. vij.

Actum[a] eſt autem cum ſediſſet rex in domo ſua et dominus dediſſet ei requiem vndiq; ab vniuerſis inimicis ſuis: dixit[b] ad nathan prophetam. Vide[c] ne q ego habitem in domo cedrina: et[d] archa dei poſita ſit in medio pellium. Dixitq;[e] nathan ad regem. Omne[f] quod eſt in corde tuo vade fac: quia[g] dominus tecum eſt. Factum[h] eſt autem in illa nocte et ecce ſermo domini ad nathan dicens. Vade et loquere ad ſeruum meum

b Et vilior fiam. i. humilior. quia ſecundum q dicit beatus Grego. Omel. xxx. tanto humilior atq; ad ſeruiendum deo promptior quiſq; debet eſſe ex munere: quanto obligatiorem ſe eſſe conſpicit in reddendo rationem. dauid autem a deo multa beneficia receperat que ſe humiliando recognoſcebat. i Et cum ancillis. etc. michol enim ex ſua ſuperbia inter ancillas reputabat alias vxores dauid: quas acceperat tanq ſecundarias: et cum iſtis dauid apparuit glorioſior: quia de ipſis habuit prolem multam pulcram et nobilem etiam poſt iſtud factum non autem de michol. ideo ſubditur. k Igitur michol filie. etc. ſ. de cetero licet habuiſſet ante filium: prout dictum fuit. ſ. iij. capitulo.

In. c. vi. vbi dicitur in poſtilla. Et cum ancillis. de quibus locuta es glorioſior apparebo. Additio.

Non apparet q Michol vocaſſet alias vxores dauid ancillas. prout poſtil. ait. Nam verba ſua in textu talia ſunt. Quam glorioſus fuit rex iſrael hodie diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum. Non enim dixit. ante ancillas ſuas: ſed ante ancillas ſeruorum. volens dicere q non ſolum vxores: ſed etiam ancille ſeruorum poterant eum videre diſcoopertum: quod ipſi michol videbatur inhoneſtum. In reſponſione vero dauid vbi dicit. Cum ancillis de quibus locuta es glorioſior apparebo. intendit dicere q etiam vilificando ſe coram ancillis ſeruorum glorioſior deberet apparere. iuxta illud ſaluatoris. Qui ſe humiliat exaltabitur. Cap. vij.

Actum eſt autem Hic conſequenter deſcribitur deuotio dauid erga deum quantum ad domum ipſius edificandam. Circa quod primo ponitur humana conſultatio. ſecundo diuina prohibitio. ibi. Factum eſt autem. tercio ex parte repromiſſio. ibi. Et nunc hec dices. Circa primum ſciendum q Deut. xij. dicitur q quando filij iſrael quieti eſſent in terra promiſſionis: tunc dominus eligeret locum vbi templo edificato offerrentur de cetero ſacrificia domini: et non alibi. ſicut etiam fuit expoſitum ibidem. et ideo videns dauid q dominus dediſſet ſibi vndiq; requiem ab vniuerſis inimicis ſuis credidit eſſe tempus edificandi templum. propter quod. b Dixit ad nathan prophetam. per modum collationis et conſilij. c Vide ne etc. notabiliter et ſumptuoſe edificatam.

d Et archa domini etc. q. d. iuſtum videtur et rationabile q ego ei edificem excellentiſſimam domum. e Dixitq; nathan ad regem. non ſpiritu prophetico: ſed humano quod patet ex hoc: quia poſtea retractauit verbum ſuum. f Omne quod eſt etc. q. d. bonum propoſitum concepiſti. impleas opere. g Quia dominus tecum eſt. credebat enim deo placere q domus a dauid edificaretur. et ex hoc patet q ſpiritus prophetie non ſemper tangit corda prophetarum: quia aliquando loquuntur inſtinctu proprio et humano et non diuino. vt patet in hoc loco et in pluribus alijs. h Factum eſt autem. hic conſequenter ponitur diuina prohibitio. cum dicitur. Factum eſt autem in nocte illa. i. immediate ſequenti dictum conſilium: videbat enim dominus ipſum dauid valde voluntarium ad opus



Universidad de Salamanca. BGH

incboandum cuius tamen tempus nondũ aduenerat: vt magis patebit ex ſequẽtibꝰ. iõ ita cito facta eſt diuina ꝓhibitio: ne dõ ſtatĩ incboaret opꝰ
l Nũqd tu edificabis. ⁊c. q.d. nõ. cuiꝰ rõ ſubdit. k Neqꝫ eñ in domo habitaui. ⁊c. q arcba dei ⁊ ꝓpiciatoriũ. qd erat q̃ſi ſedes dei. vt. ſ. dictũ eſt: ſemꝑ fuerat in tabernaculo: ⁊ nõ in domo ſtabili vel mãſiua de lignis ⁊ lapidibꝰ edificata. l Nũquid loquẽs locutꝰ ſuꝫ. ⁊c. q.d. adhuc non p̃cepi. in hebreo hr̃. Et dixi ad vnaꝫ de tribubꝰ iſrl': cui p̃cepi vt paſceret. q de oĩbꝰ feretribubꝰ fuerãt aliq̃ paſtores ppl'i iſrl'. v̄bi grã. d̃ tribu leui moyſes ⁊ aarõ. de tribu ephraĩ Joſue. de tribu iuda othoniel. de tribu manaſſe iephte. de tribu beniamin ayoth ⁊ ſaul. de tribu neptalim barach. de tribu zabulon aylon. de tribu dan ſanſon. de tribu iſacbar thola. m Et nũc h̃ dices. h̃ p̃nr ponitur de xp̃o repromiſſio. ⁊ ſcdõ ipſiꝰ dauid grarũ actio. ibi. Ingreſſus eſt dauid. Prima in duas. q p̃ bñficiũ exhibitũ recolit. ſcdõ exhibẽdũ promittit. ibi. Et ponã locũ Circa primum dicitur.
n Ego te tuli d̃ paſcuis ⁊c. h̃ pꝫ ex p̃dictis. ſ. p̃ li. xvi. ca. ⁊ xvij. o Et fui tecũ. ꝓtegẽs te ab aduerſarijs ⁊ dirigẽs in opibꝰ tuis. p Et iterfeci. ⁊c. ſ. ſaul ⁊ alios ⁊ doech. vt pꝫ ex ſup̃dict̃. q Feciqꝫ tibi nomẽ grãde. dãdo tibi dignitatẽ regiã. r Juxta nomẽ magnoꝝ ⁊c. q.d. magnitudo iſta q̃ hr̃ i terra modica eſt reſpectu illiꝰ q̃ expectat in futuro. vñ dic ſaluator Math. xi. Qui aũt minor eſt i regno celoꝝ maior eſt eo. Iſta aũt bñficia dauid exhibita deꝰ recitauit nõ ad exprobrãdũ: ſꝫ ad accendẽdũ ampliꝰ cor dauid ad amorẽ diuinũ. s Et ponã locũ. h̃ p̃nr ꝓmittit bñficiũ exhibendũ. ⁊ p̃ q̃tũ ad tꝑale regnũ. ſcdõ q̃tũ ad ſpũale ⁊ eternũ. ibi. Cũqꝫ cõpleti fuerint. Circa p̃mũ dr. s Et ponã locũ pplo meo iſrl'. i. templum in hieruſalẽ vt ppl's ibi offerat ⁊ nõ alibi. t Et plãtabo eũ. i. firmiter radicabo in regno tuo. v Et hitabo cũ eo. ꝑ verũ cultum.
x Et nõ turbabit ampliꝰ. ſicut fuit in egypto ſub pharaõe. y Nec addẽt filij iniq̃tat̃. i. infideles. z Ut affligãt eũ ſic p̃us. ſ. tꝑe iudicũ quo frequẽter ꝓpt̃ pctã ſua affligebãt ab infidelibꝰ. ſic pꝫ ex decurſu illiꝰ libri. q ꝫ filij iſrl' fuerĩt poſtea aliq̃n afflicti ꝓpt̃ pctã ſua. ñ tñ ita frequẽt̃
a Et requiẽ dabo tibi. ꝫ eñ dauid iã eẽt i requie. vt p̃dictũ eſt: tñ illa requies nõ erat adhuc ita ꝑfecta ſic poſtea fuit q̃n infideles exñtes in circuitu regni ſui debellauit. vt hr̃. c. ſeq̃n. b Predicitqꝫ tibi. ⁊c. i. ſucceſſiõꝫ regni tui in filijs tuis. c Cũqꝫ cõpleti fuerint. h̃ p̃nr fit ꝓmiſſio ipſi dauid de regno ſpũali ⁊ eterno. q̃ ꝓmiſſio ipleta fuit in xp̃o. Ad itellectũ aũt huiꝰ paſſus ⁊ ſimiliũ. ꝯſiderãdũ ꝙ geſta vete. teſt. fuerũt figura geſtorũ noui. ſm ꝙ dicit apl's. i. ad Corinth. x. Oĩa in figura ꝯtingebãt illis ⁊ ſic ſalomõ filiꝰ dauid fuit figura xp̃i: q̃ natꝰ eſt etiã de dauid ſm carnẽ. vt dr Ro. i. Illud ãt qd eſt figura alterius oportet ꝙ ſit aliq̃ res ſm ſe. niſi eñ circulꝰ pẽdens in taberne oſtio eẽt aliq̃ res in ſe: nõ poſſet eẽ ſignum in figura vini exñtis in cellario. Sic igitur illud qd eſt figura alteriꝰ põt tripliciter ꝯſiderari. vno mõ vt eſt res in ſe tm̃. alio mõ vt eſt figura alteriꝰ tm̃. tercio mõ ſm vtrũqꝫ. Sic igit in ſacra ſcriptura aliq̃ dicũt d̃ ſalomone ſm ſe. ⁊ ſic nõ fuit figura xp̃i. ſic ꝙ fecit tẽpla ydoloꝝ. vt hr̃. j. iij. li. xi. c. Aliq̃ aũt dicunt de ipo in q̃tũ fuit figura xp̃i tm̃: q̃ nõ p̃nt v̄ificari d̃ ſalomone ſm ſe: ſꝫ tm̃ de xp̃o. ſic illud pſal. lxxi. Et dñabit a mari vſqꝫ ad mare. ⁊ a flumĩe vſqꝫ ad termĩos orbis terrarũ. qd nõ fuit verũ de ſalomone. q nõ fuit monarcha: ſꝫ habuit regnũ ſat̃ artũ. Sꝫ v̄m eſt de xp̃o hoĩe cui in ſua reſurrectõe data fuit oĩs ptãs in celo ⁊ in terra. vt habet Math. vlt. Alia aũt dicũt in ſcp̃tura de ſalomone vtroqꝫ mõ: q̃. ſ. verificata ſunt de ipſo: ꝫ minꝰ ꝑfecte: ⁊ d̃ xp̃o ꝑfectiꝰ. cuiuſmodi ſũt illa q̃ h̃ ponunt ſaltẽ aliq̃. c Cũqꝫ cõpleti fuerint dies tui ⁊c. exponẽdo de ſalomone. Sciẽdũ ꝙ ꝫ fuerit coronatꝰ in regẽ: viuẽte adhuc dauid. vt hr̃. j.

dauid. hec dicit dominus. Nunqd[l] tu edificabis mihi domum ad habitãdũ: neqꝫ[k] eñ habitaui i domo ex die illa q̃ eduxi iſrl' de terra egypti vſqꝫ in diẽ hãc: ſꝫ ambulabã in tabernaculo ⁊ in tẽtorio per cũcta loca q̃ trãſiui cũ oĩbus filijs iſrl'. Nũqd[l] loquẽs locutꝰ ſum ad vnã de tribubꝰ iſrl': cui p̃cepi vt paſceret pplm meũ iſrl' dicẽs: q̃re nõ edificaſti mihi domũ cedrinã. Et nũc[m] hec dices ſeruo meo dauid. Hec dicit dñs exercituũ. Ego[n] tuli te de paſcuis ſequẽtẽ greges: vt eſſes dux ſuꝑ pplm meũ iſrl': ⁊[o] fui tecũ in oĩbꝰ vbicũqꝫ ambulaſti ⁊[p] interfeci vniuerſos inimicos tuos a facie tua: feciqꝫ[q] tibi nomen grãde iuxta[r] nomẽ magnoꝝ q̃ ſũt in terra. Et[s] ponã locũ pplo meo iſrl': ⁊[t] plãtabo eũ: ⁊[u] hitabo cũ eo: ⁊[x] nõ turbabit ampliꝰ nec[y] addẽt filij iniq̃tatis vt[z] affligãt eũ ſic prius: ex die q̃ cõſtitui iudices ſuꝑ populũ meũ iſrl'. Et[a] requiẽ dabo tibi ab oĩbus inimicis tuis: p̃dicitqꝫ[b] tibi dñs ꝙ domuꝫ faciat tibi dñs. Cũqꝫ[c] cõpleti fuerĩt dies tui ⁊ dormieris cũ prĩbꝰ tuis ſuſcitabo ſemẽ tuũ poſt te: qd egredietur de vtero tuo: ⁊[d] firmabo regnũ eiꝰ. Ipſe[e] edificabit domũ noĩ meo: ⁊ ſtabiliam thronũ regni eiꝰ vſqꝫ in ſempiternũ. Ego[f] ero ei in prẽm: ⁊ ipſe erit mihi in filiũ. Qui[g] ſi inique aliqd geſſerit: arguã eũ in v̄ga viroꝝ ⁊ in plagis filioꝝ hoim. Miſericordiã aũt meã non auferã ab eo

g In medio terre: hoc ẽ ex vrbem ita ꝙ curſũ illiꝰ riui ſic diſpoſuerũt: ꝙ ꝑtim retinebať iuxta vrbem ꝑ modũ lacus ⁊ qꝺ ibi capi ñ poterat terrã reintraret ꝑ aliã viã: ita ꝙ exercitꝰ obſidẽs ciuitatẽ ñ hr̃et inde aliquaʒ ſubuentionem.

h Edificauit q̃ʒ agẽs idustrie. i. ꝓuide.

cherib: ⁊ totũ belli īpetum verti cõtra hieruſalem inito[d] cum principibus conſilio viriſq̃ fortiſſimis vt[e] obturarent capita fontiuʒ qui erãt extra vrbem ⁊ hoc omniũ decernẽte ſentẽtia cõgregauit plurimã multitudinẽ: ⁊ obturauerũt cũctos fontes ⁊[f] riuũ qui fluebat in[g] medio terre dicẽtes. Ne veniant reges aſſyriorũ ⁊ inueniant aquarũ abundantiam. Edificauit[h] quoq̃ agens induſtrie: omnẽ[i] muru qui fuerat diſſipatus ⁊ extruxit turres deſuper: ⁊ forinſecus alterũ murũ. Inſtaurauitq̃ mello i ciuitate dauid ⁊[k] fecit vniuerſi generis armaturã ⁊ clypeos. Conſtituitq̃ principes bellatorũ in exercitu: ⁊[l] cõuocauit vniuerſos i platea porte ciuitatis: ac[m] locutus eſt ad cor eoꝝ dicẽs. Uiriliter agite ⁊ cõfortamini nolite[n] timere: nec paueatis regẽ aſſyriorũ ⁊ vniuerſam multitudinẽ que ẽ cũ eo. Multo[o] em̃ plures nobiſcũ ſũt q̃ʒ cũ illo. Cum illo em̃ eſt brachium carneũ nobiſcũ dñs deꝰ noſter qui auxiliator ẽ noſter: pugnatq̃ pro nobis. Confortatuſq̃ eſt populus huiuſcemodi vbis ezechie regis iuda. Que[p] poſtq̃ʒ geſta ſũt miſit[q] ſennacherib rex aſſirioꝝ ſeruos ſuos hieruſalem: ipſe em̃ cum vniuerſo exercitu obſidebat lachis ad ezechiã regẽ iuda: ⁊ ad oẽm populũ q erat in vrbe dicẽs. Hec dicit ſennacherib rex aſſirioꝝ. In[r] q° habẽtes fiduciã: ſedetis[s] obſeſſi in hieruſalem. Nũ[t] ezechias decepit vos vt tradat morti in fame ⁊ ſiti: affirmãs[u] ꝙ dñs deꝰ veſter liberet vos ꝺ mãu regis aſſyrioꝝ. Nũq̃d

nõ iſte ẽ ezechias q deſtruxit excelſa illius ⁊ altaria: ⁊ precepit iude ⁊ hieruſalẽ dicens coram altari vno adorabitis: ⁊ in ipſo ꝯburetis incẽſum. An[x] ignoratis que ego fecerim ⁊ patres mei cũctis terrarũ populis. Nũquid preualuerũt dij gẽtium omniũq̃ terrarũ liberare regionẽ ſuam de manu mea. Quis eſt de vniuerſis dijs gentiuʒ quas vaſtauerunt patres mei: qui potuerit eruere populum ſuuʒ de manu mea: vt poſſit etiam deus veſter eruere vos de hac manu. Nõ vos ergo decipiat ezechias: nec vana ꝑſuaſione deludat: neq̃ credatis ei. Si em̃ nullus potuit deus cunctarum gentiũ atq̃ regionuʒ liberare populum ſuuʒ de manu mea ⁊ de manu patrum meorũ: cõſequẽter nec deus veſter poterit eruere vos de hac manu. Sed ⁊ alia multa locuti ſunt ſerui eius contra dñm deum ⁊ contra ezechiam ſeruuʒ eius. Epiſtolas[z] quoq̃ ſcripſit plenas blaſphemie in dominũ deuʒ iſrael ⁊ locutus eſt aduerſuʒ eũ. Sicut dij gentiũ ceterarũ non potuerũt liberare populum ſuũ ꝺ manu mea: ⁊ ſic deus ezechie eruere non poterit populũ ſuũ de manu iſta. Inſuper[a] ⁊ clamore magno lingua iudaica cõtra populũ qui ſedebat in muris hieruſalẽ perſonabat vt terreret eos ⁊ caperet ciuitatẽ. Locutuſq̃ eſt contra deum iſrl': ſicut aduerſum deos populoruʒ terre opera manuũ hominũ. Orauerũt[b] igitur ezechias rex ⁊ eſaias filꝰ amos ꝓphetes aduerſuʒ hanc blaſphemiaʒ: ac vociferati ſunt vſq̃ i celũ.

eũ. ẽ ad cor eoꝝ. efficaciter monẽs eos ad bonũ. n Nolite timere. cuiꝰ cã ſubdiť. o Multo. n. plures no. ſunt. ſ. virꝰ diuina ⁊ angeloꝝ ipſiꝰ q̃ꝝ fortitudo ꝑualet oĩ virtuti humane: vt. j. ꝺr ꝙ angelꝰ dñi ꝑcuſſit omnẽ virũ robuſtũ ⁊ bellatorẽ exercitꝰ regis aſſyrioꝝ. p Que poſtq̃ geſta ſũt. hic cõſequẽter deſcribitur peſtilentia in aduerſarijs. Circa quam primo ponitur ſennacherib blaſphemia. ſcõo dei vindicta: ibi Orauerũt aũt. Circa primũ ꝺr. p Que poſtq̃ geſta ſũt. i. pꝰ munitiones ezechie ad reſiſtẽdum.

q Miſit ſennacherib rex aſſyrioꝝ ſeruos ſuos i hieruſalẽ. ſ. rabſacẽ ⁊ q̃ſdã alios cũ exercitu vt terreret ezechiã ⁊ pplm̃ eiꝰ vbis ⁊ factis: vt hr̃ plenꝰ. iiij. Regũ. xviij. r In q̃ hñtes fiduciã. q. d. in nullo. q: ñ in vtute hũana ⁊ hoc notat cũ ꝺr. ſ Sedetis obſeſſi in hierl'm. q. d. ſi haberetis vtutẽ reſiſtẽdi exiretis ad ꝑliũ: ſiľr nec in diuia: ⁊ hoc not. cũ ꝺr. t Nũ ezechias decepit vos. q. d. ſic.

v Affirmãs ꝙ dñs deꝰ vr̃ liberet vos. ⁊ ad hoc i probãdũ inducit duplicẽ rõnẽ. ꝑma ẽ ꝙ ezechias deſtruxerat oĩa altaria: i q̃bꝰ ppľs offerebat dño: excepto altari qꝺ erat in tẽplo ⁊ ex hoc arguit ꝙ magis meruerat dei offẽſã q̃ʒ miſericordiã: ⁊ hec rõ tangiť cũ ꝺr. x Nũq̃d nõ iſte ẽ ezechias q̃ deſtruxit ⁊c. ſʒ hec rõ ꝯcludit falſuʒ: q: illa altaria nõ fuerũt licita pꝰ tẽpli edificationẽ: ſicut frequẽter dictũ ẽ. ſ. Scõa rõ ẽ. q: dij aliaꝝ gẽtiũ cuʒ tñ eẽnt multi: nõ poterant eas liberare de manibꝰ regũ aſſyrioꝝ. ergo nec deus iſrl' cũ ſit vnicꝰ poterit liberare pplm̃ ſuum de manu mea. hec rõ diffuſe tangiť cũ ꝺr. y An ignoratis q̃ ipe fecerim ⁊ pr̃es mei ⁊c. ⁊ pʒ lr̃a: ſʒ hĩ rõ ñ valet: q: illi erãt dij falſi: ⁊ nullius potentie deꝰ aũt iſrl' verꝰ ẽ deꝰ vnicꝰ ⁊ oĩpotens.

z Epiſtolas q̃ʒ ſcripſit ⁊c. Iſtud nõ fuit tũc factũ ſʒ poſt receſſũ rabſacis: cum rex aſſyrioꝝ audiſſet ꝑ nũciũ ꝙ rex ethyopũ inuadebat terrã ſuã. ⁊ ſic fuit cõpulſus recedere ꝺ terra iſrl' ad bellãdũ ꝯ ipm̃ ⁊ tunc miſit lr̃as cõminatorias ezechie: ꝙ debellato rege ethyopum rediret ad expugnandum hieruſalem: ſed hoc interponitur inter verba rabſacis quaſi chronice loquẽdo. Conſequẽter reuertiť ſcriptura ad vba rabſacis cũ ꝺr. a Inſuꝑ ⁊ clamore magno lĩgua iudaica ⁊c. ⁊ iſta vba plenꝰ ꝯtinẽť. iiij. Reg. xviij. f. ⁊. g. Ex hoc autem loco ꝺr cõiter ꝙ ipſe rabſaces erat apoſtata a fide ꝯuerſus ad gẽtilitatẽ: ⁊ dicũt aliq̃ ꝙ fuit filius Eſaie. b Orauerũt aũt. Poſt a blaſphemia ſennacherib verbis ⁊ ſcriptis. hĩ ꝯñr deſcribiť dei vindicta ad ꝑces Ezechie ⁊ Eſaie que plenꝰ

i Omnem murũ ⁊c. ita ꝙ nihil omitteret de contingentibus ad ſui defenſionẽ. k Et fecit vniuerſi generis armaturaʒ. ſ. ad inuadendũ aduerſarios: ⁊ ad ſuſtinẽdũ inuaſiões eoꝝ. l Et cõuocauit. Hic ꝯñr deſcribiť eiꝰ ꝯfidentia de diuinis: q: q̃n hõ i ꝑiculis poſitꝰ nihil omittit ꝺ his q̃ pñt fieri ꝑ ꝓuidentiã hũanã: ſecure põt ꝯfidere de deo in reſiduo. ⁊ hoc ẽ qꝺ ꝺr. l Et ꝯuocauit vni. in platea porte ciuitatis: vt oẽs poſſent eũ audire. m Ac lo

Universidad de Salamanca. BGH.

habet̃.iiij.Reg.xix. ꝛ ſimiliter exercit⁹ ſennacherib ꝑcuſſio: ꝛ iſta fuerũt ibi diffuſe expoſita excepto qđ ſequit̃. c Reuerſuſq₃ cũ ignominia in terrã ſuã cũ paucis fugiẽdo. aliq̃ aũt exponũt q̄ qñ angel⁹ ꝑcuſſit exercitũ ſennacherib: raſit caput ꝛ barbã ipſi⁹ ſennacherib ſꝫ q̄ hr̃ Eſaie.vij. In illa die radet dñs in rege aſſyrioꝝ caput ꝛ barbã: qđ erat valde ignominioſũ i terra illa ꝛ adhucẽ. Sciendũ ẽt q̄ illa ꝑcuſſio ſennacherib ꝛ ſui exercit⁹ fuit ꝑ duos annos poſtq̃ receſſerat de terra iſrl̃ mittẽs ep̃las ɔminatorias Ezechie: vt dictũ fuit plenius iiij.reg.xix. cetera patent in lra.

Uodecim annoꝝ. Hic dñr deſcribit̃ tꝑs ipſi⁹ manaſſe. ꝛ ſcũdo ſub ipſo tꝑs amon filij ſui: q₂ pauca de eo dicunt̃ ibi. dormiuit aũt. Circa primũ: pmo deſcribit̃ ipſi⁹ manaſſe multiplex ꝑuaricatio. ſcđo ei⁹ emẽdatio: ibi. Idcirco ſuperinduxit. tercio recapitulatio: ibi. Reliqua autem. Sententia autem prime part̃ patet ex dict̃ iiij. Re. xxi. exceptis que ſequũtur.

d In dieb⁹ illis. Hic dñr deſcribit̃ ipſi⁹ ezechie mirabilis ſanatio: cuius modus plenius hr̃.iiij. Reg.xx. ꝛ ex dictis ibi dep₃ lr̃a exceptis paucis q̃ ſequũtur.

e Sed nõ iuxta bñ. q̃ acceperat.i.ſ. dño.

f Quia eleuatũ ẽ cor eius. iſtã ſanationẽ ꝑ magna ꝑ ſuis meritis attribuens ſuꝑbiuit etiã ex hoc q̄ rex babylonis miſit ſibi lr̃as ꝛ munera. ꝛ ex illa elatiõe oſtẽdit eis oẽs diuinas ſuas theſauros ꝛ ſecreta ad ſui iactantiã.

g Et facta ẽ ꝯ eum ira.ſ. dñi ꝑpter p̃dicta.

h Humiliatuſq₃ ẽ poſtea ad argutionẽ eſaie ꝑphete: vt hr̃.iiij.Regũ.xx.f. ꝛ Eſa.xxxviij.ꝛ.xxxix.

i Et idcirco non venit in eos ira ꝛc. ſed dilata fuit vſq₃ ad tꝑa ſedechie.

k Fuit autem ezechias diues diuitijs artificiali bus ꝛ naturalibus ꝛ alijs ad magnificentiã regiã ꝑtinẽtib⁹: ꝛ p₃ lr̃a vſq₃ ibi.

l Ipſe ẽ ezechias ꝛc. gyon. Gyon nomẽ fõtis: ex quo fluebat riu⁹ extra ciuitatẽ: cui⁹ curſuꝫ impediuit ezechias ꝑp regẽ aſſyrioꝝ: vt dictũ ẽ.ſ. circa ꝑncipium hui⁹ capituli.

m Attñ in legatiõe ꝛc. ð portẽto.i.ð ſigno ſibi dato in retroceſſiõe ſol. vt hr̃ iiij. Regũ.xx.

n Dereliq̃t eũ dñs. nõ ꝑſeruãdo eũ ab elatione: vt dictum eſt.ſ. ſequitur.

o Et ſepeli. eũ ſupra ſe. fili. dd.i. in loco ſolẽniori ꝛ celebriori. ꝑp bona q̃ fecerat: licꝫ in aliquib⁹ deliq̃ſſet.

Et miſit dñs angelum ſuum: qui percuſſit omnẽ virũ robuſtũ ꝛ bellatorẽ: ꝛ principeꝫ exercitus regis aſſirioꝝ: reuerſuſq₃ᶜ eſt cum ignominia in terram ſuã. Cũq₃ ingreſſus eẽt domũ dei ſui: filij qui egreſſi fuerant de vtero eius interfecerũt eum gladio. Saluauitq₃ dñs ezechiam ꝛ habitatores hieruſalem de manu ſẽnacherib regis aſſyriorum ꝛ de manu omniũ: ꝛ preſtitit ei quietem per circuituꝫ. Multi ẽt deferebant hoſtias ꝛ ſacrificia domino in hieruſalem ꝛ munera ezechie regi iuda: qui exaltatus ẽ poſt hec coram cunctis gentibus. Inᵈ diebus illis egrotauit ezechias vſq₃ ad mortem ꝛ orauit dñꝫ. Exaudiuitq₃ eum ꝛ dedit ei ſignuꝫ ſedᵉ non iuxta beneficia que acceperat: retribuit quia eleuatum ẽ cor eius. Etᵍ facta eſt contra eum ira: ꝛ cõtra iudam ꝛ hieruſalem. Humiliatuſq₃ʰ eſt poſtea: eo q̄ exaltatuꝫ fuiſſet cor eius: tam ipſe q̃ꝫ habitatores hieruſalẽ: ꝛⁱ idcirco non venit ſuper eos ira dñi in diebus ezechie. Fuitᵏ auteꝫ ezechias diues ꝛ inclytus valde: ꝛ theſauros ſibi plurios cõgregauit argẽti ꝛ auri: ꝛ lapidis precioſi: aromatum ꝛ armoruꝫ vniuerſi generis: ꝛ vaſoꝝ magni precij: apothecas quoq₃ frumenti vini ꝛ olei ꝛ preſepia omniũ iumentoꝝ caulaſq₃ pecorib⁹ ꝛ vrbes ſex edificauit. Habebat quippe greges ouiũ ꝛ armentoꝝ innumerabiles: eo q̄ dediſſꝫ ei domin⁹ ſubſtãtiam multã nimis. Ipſeˡ ẽ ezechias qui obturauit ſuperiorem fontẽ aquaruꝫ gyon: ꝛ auertit eas ſubter ad occidentem vrbis dauid. In oĩbus operibus ſuis fecit proſpere q̃ voluit. Attamẽᵐ in legatiõe principum babylonis qui miſſi fuerãt ad eum vt interrogarent de portẽto qđ acciderat ſuper terram: dereliquitⁿ eum dñs vt tẽtaretur: ꝛ nota fierent omnia que erant in corde eius. Reliqua auteꝫ ſermonũ ezechie ꝛ miſericordiaruꝫ eius ſcripta ſunt in viſione eſaie filij amos prophete: ꝛ in libro regum iuda ꝛ iſrl̃. Dormiuitq₃ ezechias cum patribus ſuis ꝛᵒ ſepelierunt euꝫ ſupra ſepulcra filioꝝ dauid. Et celebrauit eius exequias vniuerſus iuda ꝛ omnes habitatores hieruſalem: regnauitq₃ manaſſes fili⁹ ei⁹ ꝑ eo.

Capitulũ. xxxiij.

d Uodecimᵃ annoruꝫ erat manaſſes cum regnare cepiſſet: ꝛ quinquaginta quinq₃ annis regnauit in hieruſalẽ. Fecit autẽ malũ corã dño iuxta abhominatiões gẽtiũ q̃s ſbuertit dñs corã filijs iſrl̃: ꝛ cõuerſus inſtaurauit excelſa q̃ demolit⁹ fuerat ezechias pr̃ eius: conſtruxitq₃ aras baalim ꝛ fecit lucos: ꝛ adorauit omneꝫ militiam celi: ꝛ coluit eam. Edificauit q̄q₃ altaria in domo dñi de qua dixerat dñs: in hieruſalem erit nomen meum ineternuꝫ. Edificauit autem ea cuncto exercitui celi i duobus atrijs domus dñi: tranſireq₃ fecit filios ſuos ꝑ ignẽ in valle benhennon. Obſeruabatᵇ ſomnia: ſectabaturᶜ auguria maleficiſᵈ artib⁹ inſeruiebat. Habebatᵉ ſecum magos ꝛᶠ incantatores: multaq₃ mala operatus eſt coram domino vt irritaret eũ. Sculptile q̄q₃ ꝛ ɔflatile ſignũ poſuit in domo dñi ð qua locut⁹ eſt dñs ad dd ꝛ ad ſalomoneꝫ filiũ ei⁹ dicens. In domo hac ꝛ in hierlm quã elegi ð cũctis tribub⁹ iſrl̃: ponã nomẽ meũ i ſempiternũ: ꝛ mouere nõ faciã pedẽ iſrl̃ ð terra quaꝫ tradidi pr̃ib⁹ eoꝝ: ita dũtaxat ſi cuſtodierint facere que p̃cepi eis: cunctãq₃ legẽ ꝛ cerimonias atq₃ iudicia que mandaui ꝑ manũ moyſi. Igit̃ manaſſes ſeduxit iudã ꝛ habitatores hierlꝫ: vt facerẽt malũ ſuꝑ oẽs gẽtes quas ſubuerterat dñs a facie filioꝝ iſrl̃. Locutuſq₃ᵍ ẽ dñs ad eũ ꝛ ad ppl̃m illi⁹: ꝛʰ attẽdere noluerũt. Idcircoⁱ ſuperinduxitᵏ eis pñcipes exercit⁹ regis aſſyrioꝝ: ceperũtq₃ manaſſen ꝛ vinctũ cathenis atq₃ cõpedib⁹ duxerũt in babylonẽ. Qui poſtq̃ꝫ coanguſtat⁹ ẽ: orauit ad dñꝫ deũ ſuũ ꝛ egit pniaꝫ valde corã deo patrũ ſuorũ. Deprecatuſq₃ˡ eſt eũ ꝛ obſecrauit intẽte ꝛ exaudiuit orõnẽ ei⁹: reduxitq₃ eũ hierlm in regnũ ſuũ: ꝛⁿ cognouit manaſſes q̄ dñs ipſe eẽt deus. Poſtᵒ hec edificauit murũ extra ciuitatẽ dd adᵖ occidentẽ gyon in cõualle ab introitu porte piſciũ ꝑ circuitũ vſq₃ ad ophel: ꝛ exaltauit illũ vehemẽter. Cõſtituitq₃ principes exercit⁹ in cũctis ciuitatib⁹ iuda munitis: ꝛ abſtulit deos aliẽos ꝛ ſimulacrũ de domo dñi: arasᑫ q̄q₃ quas fecerat i mõte dom⁹ dñi i hieruſalẽ ꝛ ꝓiecit oĩa extra vrbem. Porroʳ iſtaurauit altare dñi: ꝛ immolauit ſuꝑ illud victimas ꝛ pacifica ꝛ laudẽ: p̃cepitq₃ˢ iude vt ſeruiret dño deo iſrl̃. Attñ adhuc ppl̃s imolabat in excelſis dño deo ſuo. Reliquaᵗ aũt geſtoꝝ manaſſe ꝛ obſecratio ei⁹ ad deuꝫ ſuũ v̄ba quoq₃ videntiũ q̄ loq̄bãt̃ ad eũ in noĩe dñi dei iſrl̃: cõtinẽtur inᵘ ſermonibus regũ iſrl̃. Oratio quoq₃ ei⁹ et exauditio ꝛ cũcta peccã atq₃ ɔtẽpt⁹ loca etiã in quib⁹ edificauit excelſa ꝛ fecit lucos ꝛ ſtatuas añq₃ ageret pniam: ſcripta ſunt in ſermonibus ozai. Dormiuitˣ aũt manaſſes cuꝫ patribus ſuis ꝛ ſepelierũt eũ in domo ſua regnauitq₃ ꝑ eo filius eius amon. Uigintiq₃ duoꝝ ãnoꝝ erat amon cũ regnare cepiſſꝫ: ꝛ duob⁹ annis regnauit in hierlm. Fecitq₃ malũ in conſpectu dñi ſicut fecerat manaſſes pr̃ ei⁹ ꝛ cũctis idol̃ que manaſſes fuerat fabricat⁹: immolauit atq₃ ſeruiuit: ꝛʸ nõ ẽ reuerit⁹ faciẽ dñi ſicut reuerit⁹ ẽ manaſſes pr̃ ei⁹: ꝛ multo maiora delig̃t. Cũq₃ cõiuraſſent aduerſus eũ ſerui ſui interfecerũt eũ in domo ſua. Porro reliqua ppl̃i multitudo ceſis his q̄ amon ꝑcuſſerãt cõſtituit regẽ ioſiam filiuꝫ ei⁹ ꝑ eo.

Ca. xxxiiij.

o Ctoᵃ ãnoꝝ erat ioſias cuꝫ regnare cepiſſet ꝛ triginta ꝛ vno ãno regnauit in hieruſalẽ. Fecitq₃ qđ erat rectũ in cõſpectu dñi ꝛ ambulauit in vijs dd pr̃is ſui: nõ declinauit neq₃ ad dexterã neq₃ ad ſiniſtrã. Octauo autẽ anno regni ſui cũ adhuc eẽt puer: cepit querere deũ pr̃is ſui dauid: ꝛ duodecimo anno poſtq̃ꝫ regnare ceperat mũdauit iudã ꝛ hierlm ab excelſis ꝛ lucis ſimulacriſq₃ ꝛ ſculptilib⁹. Deſtruxerũtq₃ corã eo aras baalim ꝛ ſimulacra que ſuppoſita fuerãt demoliti ſunt. Lucos etiã et ſculptilia ſuccidit: atq₃ ɔminuit: et ſuꝑ cumulos eoꝝ q̄ eis imolare cõſueuerãt fragmẽta diſpſit. Oſſa p̃terea ſacerdotũ cõbuſſit i altarib⁹ ydoloꝝ mũdauitq₃ iudã ꝛ hierlm. Sꝫ ꝛ i vrbib⁹ manaſſe et ephraim ꝛ ſymeon vſq₃ neptaliꝫ cũcta ſubuertit. Cũq₃ altaria diſſipaſſꝫ: ꝛ lucos ꝛ ſculptilia cõtriuiſſet in fruſta cũctaq₃ᵇ delubra demolit⁹ eẽt de vniuerſa terra iſrl̃ reuerſus ẽ in hieruſalẽ. Igiturᶜ decimooctauo ãno regni ſui mũdata iã terra ꝛ templo dñi miſit ſaphã filiũ eſelie ꝛ maaſiã principẽ ciuitatis: ꝛ ioha filiuꝫ ioachã a cõmẽtarijs vt inſtaurarẽt domũ dñi dei ſui. Qui venerunt ad helchiã ſacerdotẽ magnũ accepta q₃ ab eo pecunia que illata fuerat i

b Obſeruabat ſomnia quoꝝ aliqua erãt vana. aliqua a demonibus immiſſa: ꝛ diuinare de futuris ꝑ talia illicitũ eſt vt dictũ fuit plen⁹ de iſta materia Gen. xli.

c Sectabat̃ augu.i. diuinatiões ꝑ garritũ ꝛ volatum auium.

d Maleficis artibus inſeruiebat querẽdo riſa demonũ ꝑ magicas artes.

e Habebat ſecũ magos diuinãtes ꝑ aſtra vltra q̃ ſe extẽdit virtus conſtellationis.

f Et incãtatores ſenſus homĩs illudentes.

g Locutuſq₃ eſt dñs ad eũ ꝛc. miſericorditer reuocãdo.

h Et attẽdere noluerũt. ex quo patet eoꝝ obſtinatio

i Idcirco. Hic cõſequẽter deſcribit̃ ipſi⁹ manaſſe emẽdatio flagellatiõe ſibi intellectũ ꝑbẽte: ꝛ cum dicitur.

k Superinduxit eis pñ. ꝛc. aſſyrioꝛũ. ſm ioſephuꝫ ꝛ alios expoſitores ſꝫ manaſſe venit rex babylonis vñ ſubdit̃. Duxerũt eũ in babylones. dicendum q̄ monarchia aſſyrioꝝ iaꝫ ꝑ parte defecerat: q₂ iã medi ꝛ babylonij receſſerant ab ea. ſꝫ q̄ dicit Hiero. ꝛ alij hyſtoriographi. ꝛ ideo qđ dicitur h.

n Et cogno. ma. q̄ dñs ipſe ẽ de⁹ ꝑ experientiã ſue flagellatiõis ꝛ liberatiõis ſicut ſcriptũ ẽ iob.v. Ipſe vulnerat ꝛ medet̃ percutit ꝛ manus ei⁹ ſanabunt.

o Poſt hec edificauit murũ.ſ. poſt reuerſionem ſuaꝫ de captiuitate.

p Ad occidentem gyon. eſt fons exiſtens in parte occidentali ciuitat̃ dauid.

q Aras q̄q₃ quas fecerat i mõte domus dñi.i. in monte moria in q̃ erat templum.

r Porro inſtaurauit altare domini: qđ erat deſtructum ꝛ ꝓphanatum.

s Precepitq₃ iude vt ſeruiret deo iſrl̃. ꝛ ſic p₃ emendatio manaſſe in ſpiritualib⁹ ꝛ temporalibus q̃tum ad perſonam proprias ꝛ ſubditos.

t Reliqua autem. Hic ponitur recapitulatio. ꝛ p₃ lr̃a vſq₃ ibi.

v In ſermonib⁹ regũ iſrl̃. patet q̄ iſte liber apđ nos nõ habetur: quia iſta.iiij.lib. Regũ non ita exprimunt vt h̃ dicit̃. ꝛ eodem modo dicendum de hoc qđ ſequit̃. Scripta ſũt in ſermonib⁹ ozai ſequitur.

x Dormiuit aũt. Hic cõſequẽter agitur de facti ipſius amõ filij manaſſe ꝛ p₃ ſnia ex dictis.iiij.Reg.xxi. g. excepto qđ ſequitur.

y Et nõ eſt reuerit⁹ facies dñi.i. hoc eũ defecit a bonitate pr̃is ſui. q₂ non penituit ſicut ipſe.

Capitulũ. xxxiiij.

Cto annoꝝ erat ioſias. Hic dñr agitur de tꝑe ioſie. Circa qđ primo deſcribit̃ diuini cultus reſtauratio. ſcđo ꝑhaſe celebratio. ꝛc. ſe. ꝛ tercio ipſi⁹ ioſie morſ ꝛ tumulatio: ibi. Poſtq̃ inſtaurauerat. Circa pmũ deſcribit̃ pmo ydolatrie deſtructio. Scđo templi dñi reparatio: ibi. Igr̃. xviij anno. Sñia autem prime partis patet ex dictis.iiij. regũ.xxij. vbi iſta deſtructio ydolatrie facta per ioſiam diffuſius deſcribitur excepto qđ ſequitur.

b Cũctaq₃ delubra. dicitur autem delubrum a deleo les ꝛ vmbra bre. quaſi delens vmbram peccatoꝝ: ꝛ hoc ſc̃m veritateꝫ in templo eccleſie ꝑ ſacramentorũ adminiſtrationẽ ſm eſtimationem vero falſam ꝛ erroneam gentiliuꝫ hoc fiebat i templis ydoloꝝ: de q̄bus ẽ hic ſermo.

c Igitur decimooctauo. Hic cõſequẽt̃ deſcribit̃ templi dñi reparatio: ꝛ diuiditur in duas partes: in partem principalem ꝛ incidẽtalẽ. Scđa ibi. Cũq₃ offerrent pecuniam. Sententia pme partis patet ex dictis.iiij. Regum.xxij. ꝑpe principium: niſi q̄ aliqua nomina ꝑpria ibi tacẽtur que hic exprimũtur ꝛ eõuerſo: ꝛ aliqua etiam variantur: q₂ ſicut frequẽter diuerſũ eſt: noĩa ꝑpria hebraica frequẽter variãtur ſicut ꝛ latina: ꝛ per iſta tamen non mutatur ſententia.

In ca.xxxij. vbi dr̃ in poſtill̃. Ex hoc aũt loco dicit̃. Additio. Ex hoc q̄ rabſaces loquebat̃ lĩgua iudaica: nõ hr̃ q̄ fuiſſet apoſtata a fide iudeoꝝ: multi eñ loquũt̃ lingua ſaracenica qui nõ ſunt ſaraceni ꝛc. iſte eñ rabſaces linguaꝫ ſyriacã ſciebat: vñ ei dicebatur a nũcijs ezechie vt eiſdẽ loquereẽ̃ ſyriace. vñ nullũ fundamẽtũ hr̃ in lr̃a ad hoc q̄ rabſaces fuiſſet apoſtata a fide hebreoꝝ: ꝛ mu' tomin⁹ q̄ fuiſſet filius eſaie. ꝛ iõ talia ſm ſniaꝫ Aug. eadẽ auctoritate cõtenẽtur q̃ approbãt̃.

Capitulum. xxxiij.

Superinduxit eis principes exercitus regis aſſyrioꝝ: referendum eſt hoc ad tẽpus preteritum.i. eos qui ſolebãt eſſe principes: quando rex babylonis erat eis ſubditus q₂ tũc rex babylonis cũ maioribus regni ſui erat de exercitu regis aſſyrioꝝ. l Deprecatuſq₃ ẽ eũ ꝛ obſecrauit. dr̃ aũt obſecratio deprecatio ꝑ rẽ ſacrã ſicut in fine orationũ eccleſie dr̃ cõiter. Per dñm nr̃m ieſum chriſtũ ꝛc. vt ꝑ ſanctitatem ipſi⁹ obtineam⁹ qđ obtinere nr̃is meritis nõ valem⁹. ꝛ ſic orabat manaſſes: vt ꝑ diuini noĩs ſcĩtatẽ ip̃ extraret remiſſionẽ

Universidad de Salamanca. BGH.

d De manaſſe ⁊ ephraim ⁊c. aliqui enī fugitiui euaſerant de captiuitate decē tribuū. ⁊ illi iunxerūt ſe regno iude ſubijciētes ſe ipſi ioſie ⁊ ſimul captiuati fuerunt cum captiuitate hieruſalem tempore ſedechie.

domū dñi ⁊ quam congregauerant leuite ⁊ ianitores de manaſſe ⁊ ephraim ⁊ vniuerſis reliquijs iſrl' ab omni quoqꝫ iuda ⁊ beniamin ⁊ habitatoribꝰ hierlm tradiderūt in manibꝰ eoꝝ qui ꝑerāt operarijs in domo dñi: vt inſtaurarēt templū: ⁊ infirma queqꝫ ſarcirēt. At illi dederūt eā artificibꝰ ⁊ cemētarijs vt emerent lapides ⁊ lapicidinas ⁊ ligna ad cōmiſſuras edificij: ⁊ ad cōtignationē domoꝝ quas deſtruxerant reges iuda. Qui fideliter cūcta faciebāt. Erāt aūt ꝑpoſiti operantiū iadab ⁊ abdias de filijs merari: zacharias ⁊ moſollam de filijs caath qui vrgebāt opꝰ: oēs leuite ſcientes organis canere. Sup eoſ vero q ad diuerſoſ vſus onera portabāt: erant ſcribe ⁊ magrī de leuitis ianitores. Cūqꝫ[e] efferrēt pecuniā q̄ illata fuerat in tēplū dñi reperit helchias ſacerdos librū legis dñi qui datus fuerat ꝑ manū moyſi: ⁊ ait ad ſaphan ſcribā. Librū legis inueni in domo dñi: ⁊ tradidit ei. At ille intulit volumē ad regē: ⁊ nūciauit ei dicēs. Oīa que dediſti in manu ſeruoꝝ tuoꝝ ecce cōplētur. Argentū qđ repertum ē in domo dñi cōflauerūt: datūqꝫ ē prefectis artificū ⁊ diuerſa opera fabricantiū: preterea tradidit mihi helchias ſacerdos hunc librū. Quē cum rege preſente recitaſſet audiſſetqꝫ ille verba legis: ſcidit veſtimēta ſua: ⁊ ꝓcepit helchie ⁊ aichā filio ſaphā ⁊ abdō filio micha ſaphan quoqꝫ ſcribe ⁊ aſaie ſeruo regis dicēs. Ite ⁊ orate dñm ꝓ me ⁊ ꝓ reliquijs iſrl' ⁊ iuda ſuper vniuerſis ſermonibꝰ libri iſtiꝰ q repertus eſt. Magnꝰ enī furor domini ſtillauit ſuper nos: eo ꝙ nō cuſtodierint patres nrī verba dñi: vt facerēt oīa que ſcripta ſūt in iſto volumine. Abijt ergo helchias ⁊ hi q ſil' a rege miſſi fuerāt ad oldan ꝓphetē vxorē ſellū filij thecuath filij aras cuſtodis veſtiū qui habitabat in hierlm in ſcđa ⁊ locuti ſūt ei v̄ba que ſupra narrauimꝰ. At illa reſpōdit eis. Hec dicit dñs deꝰ iſrl'. Dicite viro qui miſit vos ad me. Hec dicit dñs. Ecce ego inducā mala ſup locū iſtū ⁊ ſup habitatores eiꝰ: cūctaqꝫ maledicta que ſcripta ſūt in libro hoc quē legerūt corā rege iuda: q2 dereliq̄rūt me ⁊ ſacrificauerūt dijs alienis: vt me ad iracūdiā ꝓuocarēt in cūctis opibuſ manuū ſuaꝝ. Idcirco ſtillabit furor meꝰ ſup locū iſtū ⁊ nō extinguetur. ad regē aūt iuda qui miſit vos ꝓ dño deprecando ſic loquimini. Hec dicit dñs deꝰ iſrl'. Qm̄ audiſti verba voluminis atqꝫ emollitū eſt cor tuū ⁊ humiliatꝰ es in cōſpectu dñi ſup his que dicta ſūt cōtra locū hūc ⁊ habitatores hierlm: reuerituſqꝫ faciē meā ſcidiſti veſtimēta tua ⁊ fleuiſti corā me: ego qꝫ exaudiui te dicit dñs. Jam enī colligā te ad patres tuos ⁊ infereris in ſepulcrū tuū in pace: nec videbunt oculi tui oē malū qđ ego inducturꝰ ſum ſup locū iſtū: ⁊ ſup habitatores eiꝰ. Retulerūt itaqꝫ regi cūcta que dixerat. At ille cōuocatis vniuerſis maioribꝰ natu iuda ⁊ hierlm aſcēdit in domū dñi vnaqꝫ oēs viri iuda ⁊ habitatores hierlm: ſacerdotes ⁊ leuite: ⁊ cūctꝰ ppl's a minimo vſqꝫ ad maximū. Quibꝰ audiētibꝰ in domo dñi legit rex oīa verba voluminis: ⁊ ſtans in tribunali ſuo: ꝑcuſſit fedꝰ coram dño vt ambularet poſt eū ⁊ cuſtodiret precepta ⁊ teſtimonia ⁊ iuſtificationes eiꝰ in toto corde ſuo: ⁊ i tota aīa ſua faceretqꝫ que ſcripta ſunt in volumine illo qđ legerat. Adiurauit qꝫ ſup hoc oēs q repti fuerāt i hierlm ⁊ beniamin: ⁊ fecerūt habitatores hierlm iuxta pactū dñi dei patꝝ ſuoꝝ. Abſtulit ergo ioſias cunctas abominatiōes de vniuerſis regionibꝰ filioꝝ iſrael: ⁊ fecit oēs qui reſidui erant in iſrael ſeruire dño deo ſuo. Cūctis diebꝰ vite eiꝰ nō receſſerūt a dño deo patrū ſuoꝝ.

e Cūqꝫ efferrent. Hec eſt pars incidentalis: quia cū acciperetur pecunia q̄ erat in domo dñi: inuentus fuit ibi liber abſcōditꝰ quē miſit Helchias ſacerdos regi: qui cum legeretur coram eo timuit rex diuinū iudiciū. ⁊ ſcđo ſuper hoc requiſiuit diuinū cōſilium ibi. Et precepit helchie. ⁊ tercio renouauit fedus inter deū ⁊ ſe ⁊ populū: ibi. At ille cōuocatis vniuerſis. Sentētia iſtaꝝ partiū patet ex dictis .iiij. Regū xxij. vſqꝫ ad finem capituli.

## Capitulū. xxxv.

f Fecit[a] aūt ioſias i hieruſalem phaſe dño qđ imola

Capitulū. xxxv.

Fecit autē ioſias. hic cōſequenter deſcribit phaſe celebratō: ⁊ primo pōitur ad hoc debita ꝑparatio. ſcđo deuota executio: ibi. Preparatumqꝫ eſt miniſterium. Circa primū dicitur.



b Et cōſtituit ſa. in officijs ſuis hor. ē eos. vt debite ſe ꝑpararent ad hoc ꝙ deuote celebrare poſſent ſolēnitatē paſche.

c Ponite archā in ſanctuario templi. Li. de hebraicis qōnibꝰ dr ꝙ a tpe achaz q̄ poſuit ydola in tēplo archa fuit inde amota q̄ non debebat eē cum ydolis: ⁊ fuit tranſportata in domū ſellum mariti olde ꝓphetiſſe: ⁊ ibi māſit vſqꝫ ad tpˢ ioſie: gloſa vero hebraica dicit: ꝙ nō fuit portata extra tēplū: ſed q2 manaſſes poſuit ydolum in domū dñi vt hr̄. ſ. xxxiij. iō voluit eū ponere in loco honorabiliori .ſ. vbi erat archa. ⁊ archā fecē trahi ad ptē quaſi minor cederet maiori: ſꝫ ioſias fecit eā i loco ſuo reponi: ſꝫ vtrūqꝫ vr̄ in aliq̄ diſſōare a v̄itate. ſi. n. fuiſſꝫ trāſportata tēpore achaz: nō ē veriſile q̄n Ezechias filiꝰ eiꝰ q̄ tēplū fecerat purgari. ⁊ maximꝰ zelator fuit cultuſ diuini. vt pꝫ ex ꝑcedētibꝰ: feciſſet eā tpe ſuo reportari: ſilr ſi ꝑ manaſſē fuiſſꝫ tm̄ tracta ad ptē intra tēplū. Joſias nō dixiſſet leuitꝭ. Ponite archā in ſanctuario tēpli ꝓut h dr. q2 leuite nō poterāt igredi illā ptē tēpli: ſꝫ ſacerdoteſ tm̄. Et iō ꝓbabiliꝰ vr̄ dici ꝙ tpe manaſſe fuit portata extra tēplū ⁊ nō añ: ⁊ tpe ioſie ꝑ leuitas fuit r̄portata vſqꝫ ad tēpli ingreſſū. ⁊ inde ꝑ ſacerdoteſ fuit in loco ſuo repoſita.

d Nunc ergo miniſtrate dño. q. d. ex q̄ archa erit i loco ſuo ⁊ illa q̄ ꝑtinēt ed dei cultū reparata vos n̄ habebitꝭ alios labores: niſi ſolū miniſtrare dño.

e Sicut ꝑce. dđ rex iſrl' ⁊ de ſa. filius eius. contrariū vr̄. ſ. i. lib. xxviij. vbi dicitur ꝙ dauid dedit filio ſuo deſcriptionē porticꝰ ⁊ tēpli ⁊ oīum alioꝝ ad miſteriū tēpli ꝑtinētiū. Dicēdū ꝙ dđ dedit hoc ꝑmo diſponēdo ſꝫ ſalomō dedit iſtā deſcriptionē alijs: pr̄is volūtatē exequēdo. f Dedit ⁊c. in ſolennitate phaſe h ē ad faciendū ſolēnitatē phaſe. g Agnos ⁊ hedos. q2 tā agnꝰ q̄ȝ hedꝰ poterāt imolari i ſolēnitate paſchali Exo. xij. cetera patēt vſqꝫ ibi. h Dede. ſa. ad fa. pha. pec. ꝑmix. i. cōit: q2

tū eſt q̄rtadecima die mēſis primi Et[b] cōſtituit ſacerdotes i officijs ſuis: hortatuſqꝫ eſt eos vt miniſtrarent in domo dñi. Leuitis qꝫ ad quorū eruditōē oīs iſrl' ſctificabat dño locutuſ ē. Ponite[c] archā in ſāctuario tēpli qđ edificauit ſalomon filius dđ rex iſrl'. Nequaq̄ꝫ enī eā vltra portabitiſ. Nūc[d] ergo miſtrate dño deo vr̄o ⁊ pplo eiꝰ iſrl': ⁊ ꝑparate vos ꝑ domos ⁊ cognationes vr̄as in diuiſionibꝰ ſingulorū: ſicut[e] ꝑcepit dđ rex iſrl' ⁊ deſcripſit ſalomon filiꝰ eiꝰ ⁊ miniſtrate in ſanctuario ꝑ familias turmaſqꝫ leuiticas ⁊ ſanctificati imolate phaſe. Frēs etiā veſtros vt poſſint iuxta verba que locutꝰ eſt dñs in manu moyſi facere ꝑparate. Dedit[f] ꝑterea ioſias oī pplo q ibi fuerat inuētꝰ in ſolēnitate phaſe: agnos[g] ⁊ hedos de gregibꝰ ⁊ reliq pecoris trigita milia boū quoqꝫ tria milia. Hec đ regis vniuerſa ſubā. Duces qꝫ eius ſpōte qđ vouerāt obtulerūt: tā populo q̄ȝ ſacerdotibꝰ ⁊ leuitis. Porro helchias ⁊ zacharias ⁊ iehihel principes domꝰ dñi dederūt[h] ſacerdotibꝰ ad faciēdū phaſe pecora cōmixtꝫ duo milia ſexcenta ⁊ boues trecētos. Chonenias autē ⁊ ſemeias etiā ⁊ nathanael fratres eiꝰ nec nō aſabias ⁊ iahihel ⁊ ioſabad pricipes leuitaꝝ dederūt ceteris leuitis ad celebrādū phaſe q̄nqꝫ milia pecoꝝ ⁊ boues q̄ngētos. Preparatūqꝫ[i] ē miniſteriū ⁊ ſteterūt ſacerdotes in officio ſuo. Leuite qꝫ in turmis iuxta regis imperiū ⁊ imolatū ē phaſe. Aſpſerūtqꝫ[k] ſacerdotes manꝰ ſuas ſāguine: ⁊[l] leuite detraxerūt pelles holocauſtoꝝ ⁊[m] ſeparauerūt ea vt darent ꝑ domos ⁊ familias ſinglorū: ⁊ offerrēt dño ſicut ſcriptū ē in libro moyſi. De bobus qꝫ fecerūt ſilr. Et[n] aſſauerunt phaſe ſup ignē iuxta qđ i lege ſcriptū ē. Pacificas[o] vero hoſtias coxerūt in lebetis: ⁊ cacabis ⁊ ollis ⁊ feſtinato diſtribuerūt vniuerſe plebi: ſibi aūt ⁊ ſacerdotibꝰ poſtea parauerūt. Nā in oblatiōe holocauſtoꝝ ⁊ adipū vſqꝫ ad noctem ſacerdotes fuerunt occupati vn̄ ⁊ leuite ſibi ⁊ ſacerdotibꝰ filijs aaron parauerūt nouiſſimis. Porro cātores filij aſaph ſtabāt in ordie ſuo iuxta preceptū dđ ⁊ aſaph ⁊ emau ⁊ idithun ꝓphetarū regis dđ. Janitores vero ꝑ portas ſingulas obſeruabant: ita vt nec puncto quidē diſcederēt a miniſterio. Quāobrē ⁊ fratres eoꝝ leuite parauerūt eis cibos. Oīs igit̄ cultura dñi rite completa ē in die illa vt facerēt phaſe ⁊ offerrēt holocauſta ſup altare dñi iuxta ꝑceptū regis ioſie. Fecerūt qꝫ filij iſrl' q repti fuerant ibi phaſe in tēpe illo: ⁊ ſolēnitatē azimoꝝ ſeptē diebꝰ. Nō[p] fuit phaſe ſilē huic in iſrl' a diebꝰ ſamuelis ꝓphete ſꝫ[q] nec qſqꝫ de cūctis regibꝰ iſrl' fecit phaſe: ſicut[r] ioſias ſacerdotibꝰ ⁊ leuitis ⁊ oī iude ⁊ iſrl': qui[ſ] reptꝰ fuerat ⁊ habitantibꝰ in hierlm. Octauodecimo āno regni ioſie hoc phaſe celebratū ē. Poſtq̄ꝫ[t] inſtaurauerat ioſias tēplū aſcēdit nechao rex egypti ad pugnādū in carchamis iuxta euphratē ⁊ ꝓceſſit in occurſū eius ioſias. At ille miſſis ad cūnūcijs ait. Quid mihi ⁊ tibi rex iuda

iſti ꝑnoīati ſil' [illegible] dederūt iſta. i Preparatūqꝫ ē. Deſcripta ꝑparatōe debita ad ſolēnitatē paſchalē. hic p̄nr ponit̄ executio deuota: cū dr. Et ſteterunt ſacerdotes ⁊c. ⁊ pꝫ lr̄a vſqꝫ ibi. k Aſpſerūt ſacer. manꝰ ſuas ſanguine que ab eis effūdebat̄ ſup altare. l Et leuite detraxerūt pelles holocauſtoꝝ. l3. n. hoc pertineret ad officium ſacerdotum: vt habetur in Leui. tamē in neceſſitate ꝑpter multitudinē victimaꝝ leuite poterāt eos adiuuare: ſic̄ dictū fuit. ſ. xxix. m Separauerūt ea vt darēt per domos. ex hoc pꝫ ꝙ non erāt holocauſta ꝓpe dcā q̄ totalit̄ incēdūt̄ ſꝫ large: eo ꝙ aliq̄ ps in altari cremabat̄. n Et aſſa. phaſe ſup ignē: iuxta ꝙ i lege ſcriptū ē. Exo. xij. Non comederis ex eo crudū quid nec coctū aqua ſꝫ aſſuꝫ tm̄ igni. o Pacificas v̄o hoſti. q̄ꝝ maior ps cedebat in vſum offerētiū: cetera patēt vſqꝫ ibi.

p Nō fuit ⁊c. a diebꝰ Samuel' ꝓphete ⁊c. iiij. Reg. xxiij. dr. A diebꝰ iudicū: ⁊ in idē redit: q2 ſamuel fuit vltimꝰ iudex.

q Sꝫ nec q̄ſqꝫ de regibꝰ iſrl' ⁊c. nō ē ꝑ hoc intelligēdum ꝙ iſtud phaſe fuerit excellētiꝰ oībꝰ ꝑteritis q̄ȝtū ad multitudinē ppli: q2 tpe dđ ⁊ ſalomōis q̄n regnū fuit vnitū: ⁊ nulla tribus erat captiuata frequēter maior multitudo cōuenit in hierlm ad ſolēnitatē paſchalē: ſꝫ iſta excellentia intelligit̄ q̄ȝtū ad regis ioſie liberalitatē q̄ cū eēt longe iporētior dđ ⁊ ſalomone tm̄ maiora legit̄ munera dediſſe in illa ſolēnitate. ſ. ad ſufficiētiā ꝓ oīū refectione. ideo ſubditur.

r Sicut ioſias ſacerdotibuſ ⁊c. q2 dedit ad hoc trigita milia pecoꝝ ⁊ tria milia boū: vt hr̄ in lr̄a.

ſ Qui repertꝰ fuerat. hoc addit̄ q2 illi de regno iſrl' iā erāt in captiuitatē ducti exceptis aliquibꝰ q̄ fugiēdo euaſerāt. ⁊ recedēte exercitu reuerſi fuerant.

t Poſtq̄ꝫ inſtaurauerat. Hic cōſequēter deſcribit̄ ipſius ioſie mors ⁊ tumulatio: ⁊ patet ſnīa ex dictis iiij. Reg. xxiij. ſ. exceptis q̄ ſequūtur.

v Qui trāſtulerūt eū đ curru in alteꝝ currū: ſic̄ enī ꝑncipes in bellis hn̄t plures equos ſic tunc reges pugnantes in curribus habebant plures currus ꝓ ꝑſonis ſuis. x Et vniuerſus iuda ⁊ hierlm luxerūt eū. ꝓp bonitatē vite ſue ⁊ regiminis: vt pꝫ ex ꝑdictis. y Hieremias maxīe. in libro q̄ intitulat̄ Lamētatiōes hieremie. In ca. xxxv. vbi dr in poſtilla. Agnos ⁊ hedos: q2 tam agnꝰ q̄ȝ hedus poterant imolari. Additio.

In ſolēnitate paſchali agnꝰ debebat imolari: nō aūt hedꝰ: ſꝫ agnus imolādꝰ accipiēdꝰ eēt đ grege i q̄ eēnt agni ⁊ hedi vt lanꝰ fuit extēſū i addi

Universidad de Salamanca. BGH.

tione ſuper Exo. xij. Capitulum. xxxvi.

Ulit ergo ppl's. Hic vltimo agitur de tribꝰ filiis ioſie ⁊ diuiditur in tres ꝑtes ſm̄ tres filios eiꝰ. ſcd̄a ibi. Cōſtituitqꝫ. tercia ibi. Regē vero cō/ ſtituit. Sn̄ia ꝑme ꝑtis pꝫ ex dictis. iiij. Reg. xxiij. f.

b Conſtituitqꝫ regem. Hic cōſequēter agitur de tempore ioachim filij ioſie ⁊ ſcd̄o de tēpore filij eius ibi. Regnauit aūt ioachiz. Sn̄ia autez prime partis patet ex dictis. iiij. Reguz xxiij. in fine. ⁊ in principio xxiiij. ca. excepto qd̄ ſequi/ tur.

c Et victum cathenis du xit in babylonem. fuit eñi vinctus cathenis ad hoc ꝙ ibi duceretur: ſed muta tum fuit cōſilium: eo ꝙ re/ bellauerat contra regē ba bilonis ⁊ fuit occiſus: ⁊ ꝓ iectum cadauer eius extra murum hieruſalē: put di/ ctum fuit. iiij. Reg. xxiiij.

d Reliqua autem verbo/ rū ioachim ⁊ abbomina/ tiōes eius. i. ſtigmata ⁊ fi/ guras que fecerat in cor/ pore ſuo in honorē ydolo rum.

e Et que inuenta ſunt in eo. i. in cadauere eius ꝓie/ cto: vt dictum eſt.

f Regnauit autē ioachiz. Hic cōſequēter arguit de tempore ioachiz nepotis ioſie. Et patet ſententia ex dictis. iiij. regum. xxiiij. ca. d. excepto quod ſequitur.

g Octo annorꝫ erat ioa/ chim. iiij. Regum. xxiiij. di citur. Decem ⁊ octo anno rum erat ioachim ⁊c̄. Di/ cendum ꝙ ioachim pater eius regnauit. xi. annis. vt habetur in textu. ⁊ ſecūdo anno regni ſui inſtituit fili um ſuum ioachim regem qui tunc erat octo annorū vt hic dicitur. ⁊ quia regna/ uit decem annis: cum pa/ tre. ideo fuit. xviij. annorū quādo cepit regnare mor tuo patre: ⁊ ſic loquitur ſcri/ ptura. iiij. Regū.

h Cūqꝫ āni circulus vol ueretur: non eſt intelligen/ dum ꝙ anni circulus eſſet reuolutus a principio re/ gni ſui: quia poſt patrem regnauit tm̄ tribus menſi/ bus ⁊ decem diebus: vt habetur in textu: ſed dicitur hic reuolutio anni tempus optum ꝓcedēdi ad bellum in quo exercitus babilonycus venit contra euz: ⁊ hoc fuit poſt tres menſes: ⁊ decem dies ſue coronationis.

i Regem vero. Hic cōſequēter agitur de tempore ſedechie qui fuit tercius filius ioſie. ⁊ ꝑmo ponitur temporis ſui deſcriptio. ⁊ ſcd̄o huius libri ad librum eſdre cōtinuatio: ibi. Anno autem primo. Circa primū primo ponitur ſedechie ⁊ populi ſui multiplex trāſgreſſio. ſcd̄o ſequens puni/ tio: ibi. Adduxitqꝫ ſuper eos. Circa primū dicitur.

i Regem vero conſtituit ſedechiam patruum eius. in hebreo habe tur. Fratrem eius. Eo modo loquendi quo abraam vocauit Loth nepotem ſuum: fratrem Gen̄. xiij. quia certum eſt ꝙ iſte ſedechias fuit auūculus ioa chiz: quia fuit fra ter pr̄is ſui: vt pa tet ex predictis.

Nō aduerſum te hodie venio ſed cōtra aliā pugno domū: ad quam me deꝰ feſtinato ire ꝑcepit. Deſi ne aduerſum deū facere qui mecuz eſt ne interficiat te. Noluit ioſias reuerti ſed ꝑparauit cōtra eū bellū nec acquieuit ſermōibꝰ nechao ex ore dei: verū perexit vt dimicaret in campo mageddo. Ibiqꝫ vulnera tus a ſagittarijs: dixit pueris ſuis. Educite me de ꝑlio: quia opido vul neratꝰ ſum. Quiᵘ trāſtulerūt eū de curru in alterū currū: q ſequebatur eū more regio: ⁊ aſportauerūt euz in hierl'm. Mortuuſqꝫ ē ⁊ ſepultꝰ in mauſeolo patrū ſuorꝫ: ⁊ ᵘ vniuer ſus iuda ⁊ hierl'm luxerūt eū: hiere miasˣ maxie: cuiꝰ oēs cātores atqꝫ cātatrices vſqꝫ in ꝑſentē diē lamē tationes ſup ioſiā replicāt ⁊ quaſi lex obtinuit in iſrl'. Ecce ſcriptum fert in lamētatiōibꝰ. Reliqua autē ſermonū ioſie ⁊ miſericordiarꝫ eiꝰ: que lege ꝑcepta ſunt dn̄i: opa qꝫ illiꝰ pria ⁊ nouiſſima ſcripta ſūt i li bro regū iuda ⁊ iſrl'. Ca. xxxvi.

t Ulitᵃ ergo ppl's terre ioa chā filiū ioſie: ⁊ ꝯſtituit re gez ꝓ pr̄e ſuo in hierl'm. Uigintitriū ānorꝫ erat ioachā cuz regnare cepiſſet: ⁊ tribꝰ menſibus regnauit in hierl'm. Amouit autez eū rex egypti cū veniſſet in hierl'm ⁊ ꝯdēnauit terrā centū talentis ar genti ⁊ talento auri. Cōſtituitqꝫᵇ ꝓ eo regē eliachiz fratrē eiꝰ ſuper iudā ⁊ hierl'm ⁊ vertit nomē eiꝰ ioa chim. Ipm̄ vero ioachaz tulit ſecuz ⁊ adduxit i egyptū. Uigintiqnqꝫ ānorꝫ erat ioachim cuz regnare ce piſſet: ⁊ vndecim annis regnauit i hierl'm. Fecitqꝫ malū coram dn̄o deo ſuo. Cōtra hūc aſcēdit nabu chodonoſor rex chaldeorꝫ ⁊ᶜ vin ctū cathenis duxit in babylonē ad quā ⁊ vaſa dn̄i trāſtulit ⁊ poſuit ea in templo ſuo. Reliquaᵈ autem verborꝫ ioachim ⁊ abbominatio nū eiꝰ quas operatꝰ ē: ⁊ᵉ que inuen ta ſunt in eo: cōtinētur in libro reguz iuda ⁊ iſrl'. Regnauitᶠ aūt ioachiz filiꝰ eiꝰ ꝓ eo. Octoᵍ ānorꝫ erat ioa chim cū regnare cepiſſet ⁊ tribus mēſibꝰ ac decē diebus regnauit in hierl'm: fecitqꝫ malū i ꝯſpectu dn̄i. Cūqꝫʰ anni circulꝰ volueretur: miſit nabuchodonoſor rex nuncios: q ⁊ adduxerūt eū in babilonē: aſporta tis ſimul ꝑcioſiſſimis vaſis domꝰ dn̄i. Regēⁱ vero ꝯſtituit ſedechiā patruū eiꝰ ſup iudā ⁊ hierl'm. Ui ginti ⁊ vniꝰ anni erat ſedechias cū regnare cepiſſz: ⁊ vndecim annis regnauit in hieruſalē. Fecitqꝫ ma lū in oculis dn̄i dei ſui: necᵏ erubu it faciē hieremie ꝓphete loquētis ad ſe ex ore dn̄i. A rege quoqꝫ na buchodonoſor receſſit quiˡ adiura uerat eū ꝑ deū: ⁊ indurauit ceruicē ſuā ⁊ cor vt nō reuerteretur ad dn̄m deū iſrl'. Szᵐ ⁊ vniuerſi principes ſacerdotū ⁊ populꝰ ꝑuaricati ſunt inique iuxta vniuerſas abbomina tiones gentiū: ⁊ polluerunt domū dn̄i quā ſanctificauerat ſibi in hie ruſalē. Mittebatⁿ aūt dn̄s deꝰ pa trū ſuorꝫ ad illos ꝑ manū nūciorꝫ ſuorꝫ de nocte cōſurgēs ⁊ quotidie ꝯmonēs: eo ꝙ parceret populo ⁊ habitaculo ſuo. Atᵒ illi ſubſanna bāt nūcios dei: ⁊ ꝑuipendebāt ſer mones eiꝰ: illudebantqꝫ ꝓphetis donec aſcēderet furor dn̄i in popu lū eiꝰ ⁊ᵖ eſſet nulla curatio. Addu

k Nec erubuit fa ciem hieremie ꝓ phete loquētis ad ſe ex ore dn̄i. ⁊ ſic cōtempſit ꝓphe taz: ⁊ dominū eū mittentem: ⁊ ma xime: quia non ſo luz verbo eius nō acquieuit: ſed etiā ipſuz in carcere re/ cluſit: vt habetur Hieremie. xxxij.

l Qui adiurave/ rat eum per deum ⁊ ſic fuit tranſgreſ ſor iuramenti.

m Sed ⁊ vniuer ſi principes ſacer/ dotuz ⁊c̄. quia ad maliciam regis ſe cuta eſt malicia in omnibus alijs.

n Mittebat au/ tem dn̄s ⁊c̄. i. quo apparet diuia mi ſeratio.

o At illi ſubſan/ nabāt nūcios dei in quo declaratur eoruz obſtinatio.

p Et eſſet nulla curatō. reſpectu pe ne que infligenda erat ex determina tione diuine ſentē/ tie. tamē reſpectu culpe ſemper pōt eſſe curatio ꝙdiu homo habet vſuz liberi arbitrij in vi ta preſenti.

q Adduxitqꝫ. hic cōſequēter deſcri/ bitur ſequens pu/ nitio cum dicitur.

q Et interfecit iuuenes eorꝫ gladio in domo ſanctuarij. vbi crede bant ſe habere aliquod refugium ꝓ ſanctitate loci.

r Non eſt miſertus adoleſcentis ⁊c̄. ex quo patet ſeueritas puni/ tionis: quia in bellis ſolet parci talibus perſonis. Cetera patent ex dictis. iiij. Regum. xxv. vbi plenius tractantur vſqꝫ ibi.

s Si quis euaſerat gladium ductus in babylonem, excepto go/ dolia ⁊ populo paupere ſub cura eius dimiſſo: vt habetur. iiij. Re. vltimo. ⁊ aliquibus bellatoribus qui euaſerant fugiendo.



t Donec imperaret rex perſarū ſcꝫ cyrus: qui dedit licentiam iude is redeūdi in terrā ſuā: vt habetur infra.

v Et cōpleretur ſermo dn̄i ex ore hieremie. ō ſeptuaginta ānis huiꝰ babylonice capti/ uitatis.

x Et celebraret terra ſabbata ſua i. quieſceret a cul/ tura: quia toto il/ lo tempore ꝓ ma/ iori parte remāſit inculta.

y Anno autē pri mo. Hic vltio po nitur continuatio huius libri ad li/ brum eſdre qui in cipit a reductione captiuitatis babi lonice ſicut iſte li/ ber terminatur in deductione popu li in babylonem: vt patet ex predi/ ctis. dicit igitur.

z Anno autē pri mo cyri. ſcꝫ a tem/ pore ſue monar/ chie: quia iaꝫ plu/ ribus ānis regna uit ꝑſide: ⁊ poſt ea iuit cum dario auunculo ſuo re/ ge medorꝫ contra babylonez ſub ta li conuentione ꝙ capta babylonia darius primo re/ gnaret: ⁊ poſt euz monarchia veni/ ret ad cyrū. quod ⁊ factum eſt mor/ tuo dario: q̄ poſt deſtructionez ba/ bylonis vixit duo bus annis: ⁊ tunc cyrꝰ remiſit capti/ uitatem.

xit eñi ſuper eos regem chaldeorꝫ ⁊ᑫ interfecit iuuenes eoruz gladio in domo ſanctuarij. Nonʳ eſt mi ſertus adoleſcentis ⁊ virginis ⁊ ſe nis nec decrepiti quidem ſed oēs tradidit in manibus eius: vniuer ſaqꝫ vaſa domus domini tam ma iora qꝫ minora ⁊ theſauros templi ⁊ regis: ⁊ principum tranſtulit in babylonem. Incenderūt hoſtes domū dei deſtruxeruntqꝫ murū in hieruſalem. Uniuerſas turres cō buſſerunt: ⁊ quicquid precioſum fuerat demoliti ſunt. Siˢ quis eua ſerat gladium: ductus in babylo nem ſeruiuit regi ⁊ filijs eiꝰ donecᵗ imperaret rex perſarum: ⁊ᵘ com pleretur ſermo domini ex ore hie remie: etˣ celebraret terra ſabba ta ſua. cunctis eñi diebus deſolati onis egit ſabbatum: vſqꝫ dum cō plerentur ſeptuaginta āni. Annoʸ autem primo cyri regis perſarum adᶻ explendum ſermonem domi ni quem locutus fuerat per os hie remie: ſuſcitauitᵃ dominus ſpiritū cyri regis perſarum: quiᵇ iuſſit ꝑ dicari in vniuerſo regno ſuo etiam per ſcripturam dicens. Hec dicit cyrus rex perſarū. Omniaᶜ regna terre dedit mihi dominus deus ce li ⁊ᵈ ipſe precepit mihi vt edifica rem ei domū in hieruſalem que eſt in iudea. Quis ex vobis eſt in om̄i populo eius. Sit dominus deus ſuus cum eo ⁊ aſcendat.

Explicit liber Dabreiamin ſi ue paralypomenon ſecūdus.

Incipit oratio manaſſes regis iuda cum captus teneretur in ba bylone.

d Omineᵃ deus oīpotēs pa trū noſtrorū abraam yſaac ⁊ iacob ⁊ ſemini eoruz iuſto qui fe ciſti celum ⁊ terram cum omni or natu eorum quiᵇ ſignaſti mare ver bo precepti tui: quiᶜ cōcluſiſti abyſ ſum et ſignaſti terribili et laudabili nomini tuo: quem omnes pauent ⁊ tremunt a vultu virtutis tue: ⁊ i ſuſtentabilis ira ſuper peccatores cōminationis tue: imenſa vero ⁊ in ueſtigabilis miſericordia promiſſi onis tue quoniam tu es dominꝰ al tiſſimus ſuper omnem terram lon ganimis ⁊ multū miſericors ⁊ pe nitens ſuper maliciam hominuz. Tu autem domine ſm̄ bonitatez tuam promiſiſti penitentiaz remiſ ſionis peccatorum ⁊ tu deus iuſto rum non poſuiſti penitentiam iu ſtis: abraaz yſaac ⁊ iacob: his qui tibi non peccauerunt: quoniamᵈ peccaui ſuper numerum harene maris multiplicate ſunt iniquita tes mee incuruatꝰ ſū multo vincu lo ferri: ⁊ non eſt reſpiratio mihi: quia excitaui iracūdiam tuaz ⁊ ma lum coram te feci ſtatuens abbo minationes: ⁊ multiplicans offen ſiones. Etᵉ nunc flecto genua cor dis mei precans ad te bonitatem domine. Peccaui domine pecca ui ⁊ iniquitatem meam agnoſco. Petoᶠ rogans te domine remitte mihi remitte mihi: ne ſimul perdas me cum iniquitatibus meis: neqꝫ in eternum reſerues mala mihi: quᵍ

c Omnia regna terre. i. multa regna. quia regna orientalia fuerunt ei ſub/ iecta: non aute[illegible]identalia. ⁊ eſt modus loquendi hyperbolicus ad ſui magnificenti[illegible].

d Et ipſe precepit mihi vt edificarem ei domuz ⁊c̄. ſignatum eñi fuit ſibi de ꝓphetia Eſaie. xlv. ⁊ in eo completa vbi predixit Eſai. ꝙ cyrus ſubij/ ceret ſibi gentes ⁊ regna ⁊ captiuitatem iudeoruz re/ mitteret: ⁊ templum reedi/ ficari preciperet: qd̄ ⁊ fa/ ctum eſt: vt plenius habe tur Eſdre. i.

Poſtilla venerabil' fra tris Nicolai de lyra ſuper libros Paralypomenon finit.

Oratio regis Manaſ ſes incipit.

Omine deꝰ. Iſta oratio regis Ma naſſes nō eſt in he braico nec ē de textu: ⁊ iō non intendo eam exquiſi/ te exponere ſed tm̄ breui/ ter pertranſire. In hac eñi oratiōe primo recurrit ad diuinam magnificentiam ſcd̄o recognoſcit ꝓpriam miſeriam: ibi. Quoniam peccaui. tercio petit miſeri cordiam: ibi. ⁊ nunc flecto Circa primū confitetur pri/ mo dei omnipotentiam ſi ue maieſtatem ꝓpter quā debet coli: dicens. Domi/ ne deus omnipotēs ⁊c̄.

b Qui ſignaſti mare ver bo precepti tui: dicens ge ne. i. Cōgregentur aque q̄ ſub celo ſunt in locū vnuz ⁊c̄.

c Qui cōcluſiſti abyſſuz repetitio eſt eiuſdem: quia mare ⁊ abyſſus idem im/ portāt. Secūdo fatetur eius iuſticiam ſeu equitatē qua debet timeri dicens. Terribili ⁊ laudabili ⁊c. Tertio eius miſericordiā ſeu pietatem qua promiſit penitentibus miſereri ibi: Et inueſtigabilis miſericordia promiſſionis tue ⁊c. ⁊ ſequitur.

z Ad explenduz ſermonez dn̄i ⁊c̄. quia tunc fuerunt ſeptuaginta anni tranſmigrationis completi: quos predixerat hie/ remias Hiere. xxv. ca. ⁊ xxix.

a Suſcitauit dominus ſpiritum. i. voluntatem cyri regis perſaruz per ipſum enim monarchia tranſlata eſt ad perſas.

b Qui iuſſit predicari. i. ſolenniter diuulgari.

d Quoniā peccaui. hic recognoſcit ſuam miſeriam: primo in peccatorum multitudine: ibi. Super numerum harene maris ⁊c. ⁊ eorum grauitatem ſeu magnitudinē ibi. Statuens abbominationes ⁊ multiplicās offenſio

Universidad de Salamanca. BGH.

indignum ſaluabis [illegible] ſʒ magnā miſericordiam tuam [illegible] laudabo te ſemper omnibus diebus vite mee. quoniam[b] te laudat omnis virtus celorum: ⁊ tibi eſt gloria in ſecula ſeculorum amen.

Explicit oratio Manaſſes regis iuda.

nes et patet.

e Et nunc flecto. hic conſequenter petit miſericordiam: primo reuerēter. d.

e Et nunc flecto genua cordis mei. quia genua corporis flectere non poterat impeditus compedibus ferri: ſecundo inſtanter petit: ibi.

f Peto rogans te domine ⁊c̄. petitōeʒ ſuā plr̄ies ⁊ mltiplíciter replicādo. tertio confidenter preſumēs de diuia miſericordia: ibi.

g Quia indignū ſaluabis me ſecundū miſericordiam tuam. ⁊ promittēs emendari: ibi. Et laudabo te ſemper. et ſic terminat orationem dicens

b Quoniam te laudat omnis virtus celorum. i. omnes ordines angelorum, ⁊ tibi eſt gloria in ſecula ſeculorum amen.

Explicit oratio regis manaſſes

Universidad de Salamanca. BGH.